WARBURG LIBRARY COMMONS | SCHOOL OF ADVANCED STUDY UNIVERSITY OF LONDON

[https://commons.warburg.sas.ac.uk/downloads/g732d898n]

Phaedrus.. *Phaedrvs solvtvs vel Phaedri fabvlae novae xxx qvas fabulas prosarias Phaedro vindicavit / recensuit metrumque restituit Carolus Zander..*

1921

Published Work

To cite this version:

P. (1921). *Phaedrvs solvtvs vel Phaedri fabvlae novae xxx qvas fabulas prosarias Phaedro vindicavit / recensuit metrumque restituit Carolus Zander.* (pp. xcii, 71, [1] p.).

License: Creative Commons BY-NC Attribution-NonCommercial 4.0 International

Available at: https://commons.warburg.sas.ac.uk/concern/published_works/rx913p89r

Date submitted: 2021-03-31

Copyright is retained by the author. Terms and conditions for use of this material are defined in the User Deposit Agreement.

SKRIFTER UTGIVNA AV
HUMANISTISKA VETENSKAPSSAMFUNDET I LUND
ACTA SOCIETATIS HUMANIORUM LITTERARUM LUNDENSIS

III.

CAROLUS ZANDER

PHAEDRVS SOLVTVS

P5324

Phaedrus

PHAEDRVS · SOLVTVS

VEL

PHAEDRI · FABVLAE · NOVAE · XXX

QVAS FABULAS PROSARIAS PHAEDRO VINDICAVIT RECENSUIT

METRUMQUE RESTITUIT

CAROLUS ZANDER

546028
11.7.52

LUND, C. W. K. GLEERUP
LONDON, HUMPHREY MILFORD
OXFORD, UNIVERSITY PRESS
PARIS, EDOUARD CHAMPION
LEIPZIG, O. HARRASSOWITZ
1921

LUND 1921
BERLINGSKA BOKTRYCKERIET

PROLEGOMENA

Φ = Phaedrus non solutus
φ = Phaedrus solutus
π = paraphrasis Phaedri
x = fabulae incertae originis

a = codex Leidensis latinus Vossianus 8:o n:o 15, saec. XI ineuntis
w = codex Welferbytanus Gudianus latinus n:o 148, saec. X
r = Romulus. de cuius libris vide cap. I p. IX sq.

CAP. I. DE LIBRIS a w r.

Primum de **a**.

a littera minuscula notavimus codicis miscellanei Vossiani latini Leidensis 8:o n:o 15 folia 195 v.—203 v., quae Aesopias fabulas continent. qui codex etiam Ademari nominari solet. ab Ademaro enim Cabannensi in monasterio S. Martialis Lemovicensis ineunte saec. XI scriptus est. cuius fabularum verba circum adpictas imagines scripta sunt litteris minutissimis crebrisque compendiis, iisque interdum ambiguis. ut fab. II = a 6 *accp.* v. 3 est *accipitrem,* v. 6 *accipiter;* v. 9 *acc.* est *accipiter.* ego ipsius codicis a praefecto bibliothecae Lugdunensis benigne missi verba exscripsi. editiones impressae duae sunt: una Nilantii Lugd. Bat. 1719, quam exscripsit Hervieux, Fab. lat. II² 131 sq.; altera Georgii Thiele, Der illustrierte lateinische Aesop Lugd. Bat. 1905. quae ego aliter legeram ac Thiele — quae pauca sunt — ea post cum photographicis tabulis contuli. sed sunt quae non iam possint certo legi. ea punctis notavi.

Haec fabularum collectio codicis **a** duabus ex collectionibus concinnata est[1]. quarum collectionum una de Romulo sumpta est, (Romulus autem ipse de **R**, id est Aesopo ad Rufum); altera, quam **Ad** (id est Ademari) nominamus, est peculiaris **a** codicis. Romulea collectio codicis **a** XXXI fabulas continet,

[1] Quam talem collectionem Ademarum non ipsum fecisse, sed librum mutilum et iniurias quasdam vetustatis passum descripsisse non satis docte, sed satis diligenter, errores arguunt, plures admissi et propagati, nonnulli ab Ademaro fortasse commissi, accedit, quod quidem esse eiusdem rei videtur indicium, quod extremae fabulae in **a** extra ordinem institutum additae sunt. cuius rei causa videtur ea fuisse quod archetypi folium erat divulsum et transpositum ad finem libri. de eodem archetypo aut collectione memoria foliorum singulorum extat in **w** et in **r**. de quibus post agemus.

quae sunt **a** 1, 5, 10, 11, 17, 18, 20, 27, 29, 39—42, 44—52, 54—56, 59, 61—63, 65, 66. altera autem collectio **Ad** ceteras fabulas continet, quae sunt XXXVI. quae collectio duo genera fabularum continet. nam plures eius fabulae sunt generis φ, quarum fabularum XI in Φ quoque extant, XX Phaedro vindicavimus. (accedunt ex **w** et **r** fabulae φ quinae Phaedro a nobis vindicatae.) restant collectionis **Ad** quinque fabulae non Phaedrianae nescio unde adscitae. sive quod fuerat epimythium sive promythium, semper est in **a** epimythium. quod etsi videbam saepius esse factum iniuria, tamen non ausus mutare in integro reliqui, quod nesciebam quae fuissent in Φ epimythia, quae promythia.

w = codicis Welferbytani Gudiani lat. 148 miscellanei et saec. X scripti, qui fuerat monasterii SS. App. Petri et Pauli Wissemburgensis, folia 60 v.—82. quae folia continent primum fabulas Aesopeas 48 — quarum multo maior pars est Phaedriana — per quinque libros distributas et circumdatas prologo et epilogo cuiusdam, qui eam collectionem Aesopi nomine inscriptam Rufo cuidam dedicarat. quod et titulus »*Ysopus ad Rufum*» et prologus epilogusque indicant. additae sunt ab extremo post epilogum duae fabulae generis φ_1 *Vulpis in homine(m) versa* w V 9 (= huius libri fabula XXVI) et *Taurus et vitulus* w V 10 (= Φ V 9). agmen concludit ultimum illud *De Aesopi statua,* sumptum ex collectione Romulea. quamobrem, quia fabulis Romuleis interpositae fabulae generis φ_1 (cum fabulis generis φ_2) extant in **a**, cum praeterea nullae generis φ_1 (quamquam aliquot generis φ_2) extent in libris ceteris, sequitur, eum qui codicem **w** aut eum librum unde **w** descriptus est compilavit, collectioni illi quae inscripta est »Aesopus ad Rufum» haec ultima, sumpta de folio divulso eius libri unde **a** descriptus est aut de libro eius gemello, addidisse. sed in libro illo, cuius folium in **w** est, nondum promythia facta erant, ut in **a**, epimythia. quod apparet ex fab. **w** V 9.

A codice **w** quinque sumpsi fabulas totas, praeterea ad aliquot vel emendandas vel explendas usus sum materia inde sumpta.

Quem codicem cum non ipse inspexissem, usus sum apo-

grapho fabularum w eo quod Hervieux Fab. lat. II² p. 157—192 ediderat, confectum ab Heinemanno praefecto bibliothecae Welferbytanae. neque enim potui uti collatione ea quam dederat Thiele in libro qui inscribitur *der lat. Äsop des Romulus.* quae collatio est manca, quod Thiele omisit codicis w manum secundam, quae saeculo XI codicem w ut graviter laesit radendo ita correxit et supplevit. nam w^2 non modo multa menda codicis w inscite et neglegenter scripti optime correxit, verum etiam ad ipsam manum w^1 aestimandam et indagandam, quae sub w^2 saepissime lateat, w^2 adhiberi necesse est.

Communis fons plurimarum w et r fabularum fuit *Aesopus ad Rufum* (R)[1] ille, quem modo diximus. cuius memoria integrior codice w servata est. cuius syllogae per quinque libros divisae et prologus et epilogus, et suo quidem uterque loco, in w ita servatus est ut pauca desint. quod secus est in Romulo r^1. Romulus enim filium Tiberinum adloquens dum Aesopum illum qui ad Rufum scriptus erat suum esse, a graecoque Aesopi illas fabulas a se conversas esse mentitur, quo facilius nebulam oculis legentium offunderet, prologum librorum illorum quos surripuerat, quo scriptor ille Aesopi adlocutus erat Rufum, discerpsit, addiditque priorem partem epilogo, ex posteriore cum aliis mixta prologum compilavit. in quo prima haec de suo: »*Romulus tyberino filio. De civitate attica esopus quidam homo graecus et ingeniosus famulos suos docet quid homines observare debeant*». vide hominis stuporem, qui sic interpretatus sit verba Phaedri I 2. 6 sq. *Cum tristem servitutem flerent Attici — — — Aesopus talem tum fabellam rettulit.* denique post inserta quaedam, quae de suo fonte, id est Aesopi ad Rufum prologo, sumpserat, praefationem concludit his verbis: »*Id ego romulus transtuli de graeco in latinum*». postremo filium hortatur ut ea attente legat. initium autem praefationis veteris epilogo addidit cum his verbis MAGISTRO RVFO AESOPVS. w autem nec quidquam praefationis sua sede movit, et supra scripta si non integra at minus truncata haec exhibet: INCIPIT LIBER YSOPI | MAGISTRO RVFO AESOPVS | SALVTEM. quae ipsa cum sint corrupta, tamen nescio an pos-

[1] Aesopum ad Rufum, ut fontem Romuli, littera R maiuscula, Romulum autem ipsum, ut secundarium, minuscula r designo.

sint aliquatenus quidem emendatius sic legi: INCIPIT ... LIBER AESOPI [I] | .... MAGISTRO RVFO SALVTEM. ubi quem punctis significavi locum, ibi fuit nimirum nomen verum eius qui eam fabularum collectionem misit ad Rufum. nam suo ipse nomine debuit adloqui amicum illum quem nominaret suo nomine. namque ea quae extat in w ad Rufum scripta praefatio, quamquam non modo verba sed etiam sententiae pleraeque in eam ex Phaedro translatae sunt, tamen ita est concepta ut speciem praebeat praefationis a vero quodam scriptore ad verum quendam Rufum scriptae. quamobrem veri simile est Aesopi nomen errore librarii ab inscriptione esse translatum et in locum veri editoris substitutum. fuit igitur quondam collectio multarum fabularum Phaedrianarum cum paucis fabulis sumptis aliunde coniuncta, atque, ut Phaedriana carmina, per quinque libros distributa. quod w servavit, cum collectio Romulea codice Burneiano in quattuor, Florentino in tres libros dividatur, Vindobonensis in unum librum habeat fabulas coartatas. quae Comm. I p. 38 sq. acta, nunc mihi propterea demonstranda erant denuo, quod THIELE, meam disputationem silentio praeteriens, in partem contrariam disputat. quod enim Romulus in praefatione mentitus est, fabulas Aesopi a sese de graeco in sermonem latinum esse conversas, id THIELE temere credens opinatur collectionis Romuleae fabulas si non omnes at plurimas non de Phaedri sumptas esse thesauris sed de graeca fabularum collectione. quae cum graece, si THIELIO credimus, inscripta esset *Aesopus ad Xanthum*, THIELE finxit latine convertisse Romulum et fabulas et titulum, ut latine *Aesopus ad Rufum* inscriberetur. cur non potius *Aes. ad Flavum*?[1]. quid? quod Aesopi ad Rufum illius, si THIELIO credimus, de graeco conversa est ipsa praefatio (THIELE, *Lat. Aesop* p. XV). quod esse sic non potest. nam, quod Commentatione I pp. 40—42 accurate demonstravi examinans singula, prologus et epilogus ille Aesopi ad Rufum, quem Romulus furatus edidit quasi suum, totus fere

[1] Quamvis videatur fuisse inter *rufum* et *flavum* tenue discrimen, ut THIELE pro sua opinione afferre potuerit CGL II 175 »*rufum* · ξανθόν«, tamen communi quidem more loquendi ut πυρρός *rufus* ita ξανθός *flavus* est. ut Iuvenalis V 115 *flavi Meleagri*, qui ap. Homerum B 642 est ξανθὸς Μελέαγρος. et tam *Flavus* quam *Rufus* fuit cognomen.

compilatus est ex Phaedrianis verbis sententiisque Phaedrianis. quodsi cento Phaedrianus est illa praefatio, non potest esse eadem ex graeco versa in latinum.

Iam fabulas **a w r** plerasque ab »Aesopo» illo »ad Xanthum» graeco, quem confinxit atque commentus est, petitas esse opinatus, Thiele, *Lat. Aesop* p. X sq. sic scribit: »Schon durch Lessings Arbeiten wurde der Grundirrtum befestigt, der .. auch durch die Abhandlung von Zander fortgesetzt wurde, dass die Sammlung nichts als eine Prosa-Paraphrase des Phädrus sei». [talem opinionem Thiele mihi tribuit iniuria. qui Comm. I multis locis demonstraverim haud paucas fabulas prosarias **a w r** non ex Phaedro sed aliunde esse sumptas.] deinceps Thiele haec addit: »Dagegen hat die genaue Untersuchung des Romulus-Corpus .. einen ganz anderen Tatbestand ergeben. Das Buch (Romulus) ist nur zum Teil Bearbeitung des Phädrus, es basiert vielmehr in erster Linie auf einem verlorenen, bis in das II. Jahrhundert n. Chr. zurückzuverfolgenden lateinischen Prosa-Äsop, dessen griechisches Original spätestens dem ersten Jahrhundert n. Chr. angehörte .. Dass dieser lateinische Prosa-Äsop, der in vielen Partien fast wörtlich erhalten ist, das primäre Element des Corpus ist, zeigt schon der im Titel festgehaltene Name des Äsop». quasi vero non Phaedrus ipse suas fabulas Aesopias inscripserit, quasi non inde a prologo libri primi passim nomen Aesopi suis fabulis praeferat! quo nomine huius generis apologorum vel fabularum collectiones significantur universae. ut *Incipit Esopus* cod. Vindob. lat. 901, ibidemque *Explicit Esopus*. item Bodl. lat. 111, fol. 16 et cetera eiusmodi. nam quod titulo praefationis Aesopus Rufum adloquens inducitur (*Magistro Rufo Aesopus Salutem*), id non esse principale sed interpolatoris, ex eo apparet quod huic tali titulo repugnat ipsa praefatio, ubi non Aesopus adloquatur ipse lectorem sed Aesopi ut hominis a praefationis scriptore diversi mentio fiat. item de Aesopi statua titulus repugnat iis quae sequuntur, quod est corruptelae similis indicium.

Iam vero re gravissima Thiele sibi ipse non constat. qui cum, ut modo videbamus, fabulas has prosarias longe plurimas non a Phaedro sed ab Aesopo illo, quem finxerat primo grae-

cum, inde a II saeculo nostrae aerae etiam latinum, sumptas esse dixisset, procedente disputatione ab illa opinione depulsus, denique, postquam Lat. Aes. pp. CXIX—CXXIII rationem iniit fabularum prosariarum, eo redactus est ut inter illas LXXXXVIII fabulas, quas Romulo attribuit, non plus XXXI, id est vix tertia pars, ab ipso reperirentur esse non Phaedrianae, ceterae omnes de Phaedri sumptae esse thesauris. atque inter illas ipsas XXXI nonnullae sunt nihilo minus Phaedrianae. v. ea quae singillatim contra Thiele disputavi ad fab. II p. 7, ad fab. V p. 14 sq., ad fab. XIII p. 27 sq., ad fab. XVII p. 39, ad. fab. XXIV p. 55, ad fab. XXV p. 56, ad fab. XXVIII p. 65.

Quodsi quid Phaedro simile Thiele his in fabulis repperit — quamquam talia eum saepe fugerunt — eius rei causam inde solet repetere quod Aesopus latinus ille, quem finxit, cum Phaedro sit contaminatus. Thiele, *Ill. Aesop* (Cod. gr. et lat. ed. de Vries Lugd. Bat. 1905) p. 3 sq.: »Zander gebührt das Verdienst den Anonymus (id est cod. **a** vel Ademari) in zwei grundverschiedene Bestandteile zerlegt zu haben (cf. ea quae p. VII sq. huius libri scripsimus), von denen die kleinere Hälfte, im ganzen 29» (revera sunt 31) »einen eng an Phädrus anschliessenden Text giebt ... Wir unterscheiden also nur zwei .. Typen ... (revera liber **a** continet tria genera fabularum ex duabus collectionibus: **r** (10 φ + 11 π + 10 x) et **Ad** (31 φ + 5 x): v. p. VII sq.) »Der erste Typus .. ist durchaus nicht, wie Zander annimmt, einer selbständigen und vollständigen» [hoc quoque loco Thiele me id dicentem facit quod numquam dixerim!] »Phaedrus-Paraphrase entnommen, sondern ist nichts als eine Interpolation des Romulus durch einen nicht metrisch abgeteilten Phaedrus-Text». quod Thiele mihi quidem non probavit [1]. namque ut non negaverim potuisse interdum unam alteramve fabulam prosariam cum Phaedro contaminari, ita non veri simile est codicum **a w r** fabulas plurimas, quamvis multa in iis insint Phaedrianae originis signa rebusque cum Phaedro consentiant, non ex Phaedro petitas sed cum Phaedro esse contaminatas. quid enim causae fuisse censemus cur tot optimae fabulae Aesopi illius latini, — quem laudibus summis Thiele extulit

[1] Item Postgate nuperrime editionis Phaedrianae praefatione p. VIII hoc Thielii commentum repudiavit.

— contaminando cum Phaedro — quem despectui habet summo — corrumperentur? iure igitur POSTGATE »hoc» inquit »factum esse non sumi sed probari decebat».

Duae collectiones Romulo continentur: una Aesopi ad Rufum (quam **R** littera maiuscula denoto), altera ab eadem qua fabulae Ps-Dositheі sumpta collectione. cuius collectionis quam proxime dixi fabulae a Phaedro emanasse non videntur. illae autem Aesopi ad Rufum pleraeque sunt Phaedrianae, aliquot aut dubiae aut aliunde sumptae. quid? quod non solum origine sed etiam sermone collectiones **R** et Dos. inter se multum differunt. nam quae Ps-Dositheі in hermeneumatis et in extremo quarto sunt libro Romuli, earum sermoni aetatis suae, id est ineuntis saeculi tertii nota impressa est; ceterarum autem fabularum Romulearum sermo est quinti sextive saeculi. ex quo efficitur errare THIELE quod fabulas Aesopi ad Rufum opinatur indidem unde fabulas illas quae Romulo communes sint cum Ps-Dositheo esse sumptas, id est ab Aesopo illo, quem finxit olim fuisse graecum ad Xanthum, post latinum ad Rufum. neque enim, si et hae et illae Romuli fabulae ab eodem libro sumptae essent, facile potuissent duae illae quas modo dixi fabularum Romulearum collectiones inter se tam differre. nam si Romulus auctorue Romuli omnes illas fabulas ab uno fonte sumpsisset, sive eas non mutasset, consentaneum fuit eas omnes manere tales quales in illo Aesopo fuissent; sive mutasset, fieri non potuit quin fabulas quae ab uno eodemque libro sumpsisset, pariter diasceuastes ille mutaret. denique, sive hoc sive illud factum esset, communem fontem sermo ipse indicaret. quod secus est.

Collectionis **w** fabulae omnes praeter duas paenultimas, collectionis **r** praeter novem extremas cum ab Aesopo ad Rufum originem acceperint, **w** et **r** quaedam cognationis signa prae se ferunt, sed cognationis non proximae. nihil est igitur quod cum THIELE codicem **w** in codicibus Romuli ponamus. nam per rivum suum **w**, per suum **r** deductus est. in aliisque fabulis **w**, in aliis **r** propior est Phaedro. sed has res relinquamus, de quibus Comm. I egerimus.

Sequitur ut de libris **r** pauca dicamus.

r = Romulus. cuius codices plerasque ipse non contuli.

ususque instrumento critico eo quod erat suppeditatum ab Oesterley, Hervieux, Thiele editoribus.

B = Burneianus Musei Britannici n:o 59, scriptus saec. X. ediderunt separatim Oesterley 1870 et Hervieux, Fab. Lat. II² p. 195—233.

a = Vossiani codicis eae fabulae quae sumptae sunt ex Romulo. de quo codice v. p. VII sq.

w² manus secunda codicis **w**. **w²** est saeculi XI. cuius lectiones Thiele afferre omisit cum magna editionis suae iactura et incommodo. de **w¹** et **w²** cf. quae p. IX diximus.

nec non adhibendi sunt ad quasdam fabulas recensendas libri MSF et VE.

M = codex bibl. civitatis Cenomanorum (Le Mans) saec. XIII. de quo Thiele p. CLI.

S = editio Steinhöwelii anno 1476 edita. — Thiele p. CLII.

F = Florentinus bibl. Mediceo Laurentianae n:o 1555 saec. XIII. ed. Hervieux l. q. d. pp. 474—512.

V = Vindobonensis bibl. ms. lat. 303 saec. XIV. ed. Hervieux l. q. d. pp. 417—445.

E = Berolinensis bibl. reg. lat. 8:o 87 saeculi XV. de quo Thiele p. CLVI.

E cum **V** proxima cognatione coniunctus est.

De **r** sumpsi quinque fabulas. aliasque vel correxi vel supplevi adhibito Romulo.

CAP. II. DE GENERE φ.

Collectionibus **a w r** quae continentur fabulae partim sunt de Phaedro, partim aliunde aut dubiae. quae autem sunt de Phaedro, eae plus minusve a Phaedro ipso distare reperiuntur. quantum autem quaeque Phaedriana fabula prosaria distet a Phaedro, tum demum apparebit cum normam ei Phaedri adhibueris. quod ego facere conatus sum hoc libro. qua norma adhibita plurimae fabulae generis **R** (id est Aesopi ad Rufum) ita refictae esse reperiuntur ut Phaedrus in iis vix possit agnosci. aliis vero certiora Phaedrianae vel dictionis vel versificationis

vestigia impressa sunt, sed plus aliis, aliis minus. cuius rei conspectum dabunt tabulae subiectae. ubi brevitatis ac perspicuitatis causa nota genus sua quodque significabo.

Φ = Phaedrus non solutus.

φ = Phaedrus solutus.

φ_1 = Phaedrus non omni parte solutus.

φ_2 = Phaedrus omnino solutus.

π = Phaedrus refictus vel paraphrasis Phaedri.

x = fabulae auctoris incerti.

asteriscus additus, ut ***a** ***w** ***r**, contaminationem Phaedri alteriusque fontis indicat.

Quae notae referuntur ad has quaestiones. Φ igitur maiuscula significat Phaedrum Pithoeanum (P) et Perottinum (NV), φ autem et π et **x** sunt notae fabularum prosariarum. itaque φ littera minuscula significat eas fabulas **a w r** in quibus insunt certa indicia originis Phaedrianae, π autem minuscula eas fabulas ubi sunt vestigia quaedam talis originis, sed ambigua ac paene oblitterata. quarum Phaedriana origo agnosci non posset nisi extarent inter fabulas Φ aut φ eae fabulae a quibus viderentur originem ducere. postremo **x** significat fabulas dubias. quarum aliarum aliter se res habet. sunt enim in eo numero fabularum **x** de quibus dubitem sintne necne paraphrases Phaedri, ut fabula a 59 r IV 12 de leonis spelunca et a 52 r IV 17 de homine et leone aemulis dignitatis et a 56 r IV 19 de formica et cicada. de quibus iudicium sustinemus quod nec in Φ nec in φ talia argumenta fabularum extant. quare diiudicare non possum sintne paraphrases Phaedri an ab alio fonte manarint. iam vero nota **x** significat illas quoque fabulas quarum argumenta extant etiam in φ aut in Φ sed diverso modo tractata. cuius generis quae sunt, eae nimirum non ducendae sunt in Phaedrianis. postremo sunt fabulae quae a Phaedri arte et ingenio ita distent ut non possint poni in Phaedrianis. sed haec omnia singillatim exponere est magnum librum scribentis de fabulis prosariis omnibus. ad quas quaestiones quae spectabant nonnulla commentatione mea priore[1] breviter scripta sunt. hoc autem libro de fabulis generis φ potissimum quaerimus.

[1] **Comm. I** = De generibus et libris paraphrasium Phaedrianarum. Lund 1897.

	Φ	φ_1
Gallus et margarita	III 12	—
Canes et corium	I 20	—
Agnus et lupus	I 1	a 3
Rana et mus	—	—
Ovis falso damnata	I 17	—
Galli et accipiter	—	—
Canis et offa	I 4	a 7
Cochlea et speculum	—	—
Leo praedam partiens	I 5	a 9
Solis nuptiae	I 6	—
Gruis et lupus	I 8	a 64
Canis parturiens	I 19	—
Vipera fota	IV 19	—
Asinus et aper	I 29	a 12
Mures urbanus et rusticus	—	a 13
Aquila et vulpes	I 28	a 14
Aquila et testudo	II 6	—
Vulpes et corvus	I 13	—
Leo decrepitus	I 21	—
Asinus blandus	—	a 17
Mus et leo	—	a 18
Grus et cornix	—	—
Milvus aeger	—	—
Aves et hirundo	—	—
Ranarum reges	I 2	a 21
Milvus rex	I 31	a 22
Canis fidelis	I 23	a 23
Scrofa et lupus	app 17	—
Mons parturiens	IV 23	—
Agni matres	III 15	—
Canis senex	V 10	—
Lepores morituri	—	—
Haedus et lupus	—	—
Serpens domesticus	—	—
Cervus et ovis	I 16	—

φ_2	π	χ
— — —	a 1 r I 1 w V 7	— — —
a 2	— — —	— — —
— — —	— — —	*r I 2 *w I 1
a 4	w I 3	r I 3 g *r I 3 v Dos.
— — —	— — —	a 5 r I 4 w I 2
a 6	— — —	— — —
— — —	— — —	r I 5 w I 6
a 8	— — —	— — —
r I 6 w I 7	— — —	— — —
— — —	— — —	*a 10 *r I 7 *w I 8
— — —	w I 9	r I 8
— — —	*a 54 r I 9 w I 10	— — —
— — —	— — —	*a 11 *r I 10 w IV 2
— — —	r I 11 w I 11	— — —
— — —	r I 12 w II 1	— — —
— — —	r I 13 (II 8) w II 2	— — —
— — —	r I 14 (13) w II 5	— — —
a 15 r I 15 (14) w III 7	— — —	— — —
*a 16 *r I 16 (15) *w II 8	— — —	— — —
r I 17 (16)	w II 10	— — —
r I 18 (17) w II 11	— — —	— — —
— — —	— — —	a 19
r I 19 (18) E	r I 19 (18) BMSF	— — —
(a 20) r I 20 (19)	— — —	— — —
— — —	— — —	*r II 1 *w III 7
— — —	— — —	*r II 2 *w III 8
— — —	— — —	*r II 3 *w III 9
— — —	r II 4 w IV 4	— — —
— — —	— — —	*r II 5 *w IV 14
— — —	r II 6	— — —
— — —	— — —	*a 62 *r II 7 *w V 1
(r II 8 [9]) w I 4	— — —	— — —
(a 61 r II 9 [10]) w I 5	— — —	— — —
a 65 r II 10 (11) w I 12	— — —	— — —
— — —	r II 11 (12) w I 13	— — —

	Φ	φ_1
Calvus et musca	V 3	—
Aquila et milvus	—	—
Ciconia et vulpes	I 26	—
Vulpes et persona	I 7	—
Calvus et hortulanus	—	—
Cavannus et cattus	—	—
Gragulus	I 3	a 26
Musca et formica	IV 24	—
Musca et mula	III 6	—
Iudex simius	I 10	—
Mustela et homo	I 22	—
Perdix et vulpes	—	—
Canes et corcodrilli	I 25	—
Canis et thesaurus	I 27	a 32
Rana rupta	I 24	a 33
Bos et asinus	—	a 34
Leo et pastor	—	a 35
Culex et taurus	—	a 36
Leo medicus	—	—
Equus insolens	—	a 37
Vespertilio	—	a 38
Luscinia et accipiter	—	—
Vulpes invida	—	—
Cervus ad fontem	I 12	—
Gallina scalpturiens	app 9	—
Vidua et miles	app 13	—
Meretrix et iuvenis	app 27	—
Taurus et iuvenis	app 10	—
Vipera et lima	IV 8	—
Pax ovium et luporum	—	—
Securis et arbores	—	—
Canis et lupus	III 7	—
Venter et membra	—	—
Vulpes et simia	app 1	—
Asinus vapulans	IV 1	—

φ_2	π	χ
— — —	a 66 r II 12 (13) w I 14	— — —
— — —	— — —	a 67
— — —	a 63 r II 13 (14) w II 3	— — —
— — —	— — —	*r II 14 (15) *w III 6
— — —	— — —	a 24
— — —	— — —	a 25
w II 4	r II 15 (18)	— — —
— — —	a 27 r II 16 (17)	— — —
— — —	r II 17 w II 6	— — —
a 28	r II 18 (19)	— — —
a 29 w II 9	r II 19 (20)	— — —
— — —	— — —	a 30
a 31	— — —	— — —
— — —	— — —	— — —
— — —	r II 20 (21)	— — —
— — —	— — —	— — —
— — —	— — —	r III 1 w III 1
— — —	— — —	— — —
r III 2 w III 2	— — —	— — —
— — —	r III 3 w III 3	— — —
— — —	— — —	r III 4
a 39 r III 5 w III 4	— — —	— — —
a 40 r III 6 w III 5	— — —	— — —
— — —	— — —	*a 41 *r III 7 *w III 10
— — —	— — —	*r III 8 *w III 11
— — —	— — —	r III 9
— — —	r III 10 w IV 1	— — —
— — —	r III 11 w IV 15	— — —
— — —	a 42 r III 12 w IV 8	— — —
a 43	— — —	r III 13 w IV 9
a 44 r III 14 w IV 10	— — —	— — —
— — —	a 45 r III 15 w IV 7	— — —
r III 16 V = 53 V	r III 16 BF w IV 11	— — —
— — —	a 46 r III 17 w IV 12	— — —
— — —	— — —	*a 47 III 18 w IV 5 et 13

	Φ	φ_1
Cervus ad boves	II 8	—
Leo tyrannus	—	—
Vulpes in hominem versa	—	w V 9.
Vulpes et uva	IV 3	—
Mustela et mures	IV 2	—
Lupus et bubulcus	app 26	—
Iuno et pavo	III 18	—
Panthera et pastores	III 2	—
Arietes et lanius	—	—
Aves et auceps	—	—
Simius tyrannus	—	—
Homo et equus	IV 4	—
Leo et asinus	I 11	—
Taurus et vitulus	V 9	w V 10
Corvus et aves	—	—
Leonis spelunca	—	—
Cornix sitiens	—	—
Puer et scorpio	—	—
Lupus et asinus	—	—
Taurus et hirci	—	—
Leo et homo aemuli dignitatis	—	—
Anser et ciconia	—	—
Pulex et camelus	—	—
Formica et cicada	—	—
Passer ad leporem	I 9	a 57
Equus promissor	—	a 58
Gladius	—	—
Cornix et ovis	app 24	—
Aesopi statua	II 9	—

Iam primum pauca de genere **x**, id est de eis fabulis quas sumptas esse de Phaedro non sit veri simile aut certe non possit probari. cuius generis sunt primum hae fabulae, quae nisi in **a** non reperiuntur, a 19 24 25 30 67; quae longe absunt a

φ_2	π	χ
— — —	— — —	*a 48 r III 19 w IV 6 et 16
w V 2	a 49 r III 20	— — —
r 64 V	— — —	— — —
— — —	r IV 1 w V 3	— — —
— — —	r IV 2	— — —
— — —	a 50 r IV 3	— — —
— — —	r IV 4 w V 4	— — —
w V 5	r IV 5	— — —
r IV 6	— —	— — —
— — —	— — —	r IV 7
a 51 r IV 8	— — —	— — —
— — —	— — —	r IV 9
— — —	— — —	r IV 10
r 65 V	— — —	— — —
— — —	— — —	r IV 11
— — —	— — —	a 59 r IV 12
— — —	— — —	r IV 13
— — —	— — —	r IV 14
— — —	— — —	r IV 15
— — —	— — —	r IV 16
— — —	— — —	a 52 r IV 17
a 53	— — —	— — —
a 60	r IV 18 w IV 3	— — —
— — —	— — —	a 56 r IV 19
— — —	— — —	— — —
— — —	— — —	— — —
r IV 20	— — —	— — —
— — —	a 55 r IV 21	— — —
— — —	r IV 22 w V 11	— — —

Phaedri arte et ingenio [1]. et r IV 11—17 et 19, quae manarunt

[1] De a 19, 24, 25 aliter Havet, Rev. crit. t. XXXI n:o 45 (1897) p. 315. de illis autem quae sunt huius libri fab. II, III, XVII, XVIII ego iam, relicta vetere opinione, illi adsentior.

ab eodem fonte unde fabulae Ps.-Dosithei (ac fortasse r IV 9 et 10). quas fabulas Romulus fabulis de **R** sumptis habet additas ab extremo[1]. ipse vero **R** (= **r** + **w**) ab illo Aesopo latino antiquiore, qui fuerat fons Ps-Dosithei, non de Phaedro, adscivit fabulas r I 5 w I 6 Dos. 44 et 97 de cane et offa et a 41 r III 7 w III 7 Dos. 44 et 95 de cervo ad fontem. at fabula de rana et mure talis qualis est r I 3 g et a Phaedro et a Ps.-Dositheo tantum discrepat ut e tertio fonte sumpta esse videatur. de ceteris quas sub **x** enumeravi fabulis iudicium sustineo. neque enim ubi Φ aut φ deest possum diiudicare utrum aliunde sumptae an non solum verbis, quod in genere π fieri solet, sed etiam rebus a diasceuastis ita refictae sint ut omnia signa Phaedrianae originis oblitterarentur. neque enim haec res tam simplex est quam Thiele opinatur. qui fabulas prosarias **a w r** omnes duobus generibus comprehendit, uno Phaedri soluti, quem angustioribus quam par est finibus circumscribit, altero Aesopi illius latini ad Rufum, quem finxit olim fuisse graecum Aesopum ad Xanthum. cuius nemo antiquus scriptor umquam fecit mentionem! sed haec relinquamus. ad quae explicanda opus est longa et peculiari disputatione. hic autem id potissimum agimus ut quasdam fabulas prosarias Phaedro vindicemus.

Sequitur ut de genere π pauca dicamus. de quo esse possum brevis, quod de eius proprietatibus commentatione I singillatim disputavi. neque enim nisi aut Φ aut q extat licet diiudicare fabula huius generis π a Phaedro originem acceperit necne, tantum distat hoc genus universum a Phaedro principali. quod quomodo se habeat ut illustretur satis erit unum exemplum afferre.

CANIS PARTVRIENS.

r I 9 B (π)	Φ I 19 P
Blanda verba hominis mali graves faciunt iniurias.	Habent insidias hominis blanditiae mali
Quas ut omnes vitemus subiecti versus monent.	quas ut vitemus versus subiecti monent.

[1] Romulus enim — quod p. IX commemoravimus — duabus collectionibus usus est: altera **R**, id est Aesopo ad Rufum (de quo pp. IX sq.), altera illa unde Ps.-Dositheus quoque fabulas sumpsit.

Canis parturiens rogabat alteram
ut in eius cubile exponeret foetum.
At illa roganti concessit ingressum. cum vero exponeret partum.
deinde iterum rogabat ut cum catulis suis iam firmis exiret.
illa roganti non (B : *hoc* a) concessit. Paulo post tempore illa coepit cubile suum repetere. et cogere illam migrare . et illa a stomacho ait Quid te turbas cum iniuria? Si mihi et turbae occurris aut si es fortior nobis reddam locum tibi.

canis parturiens cum rogasset alteram
ut fetum in eius tugurio deponeret
facile inpetravit · deinde reposcenti locum
preces admonuit tempus exorans · breve
dum firmiores catulos posset ducere ·
hoc quoq · consumto flagitare validius
cubile coepit illa si mihi et turbae meae
par inquit esse potueris cedam loco ·

Fabula igitur r I 9 ut videtur esse paraphrasis Phaedri, ita eius verba pleraque longius distant a Φ, i. e. P I 19, quam ut ex r solo senarios pristinos Phaedri eruere possimus. quod idem cadit in hoc genus π universum.

Quodsi qua fabula generis π extat variis libris, saepe verba alia aliis libris reperiuntur esse servata, ac rursus aliis alia mutata, serpente per rivos vel corruptela vel mutandi prurigine. quamobrem si cuius fabulae archetypum R, id est Aesopum ad Rufum, restituere contigerit, quod quidem continget interdum, ad eam subinde perveniemus orationem quae ad Phaedrum propius accedat quam verba posteriorum librorum. conemur exempli causa fabulae w V 7 r I 1 archetypum R restituere et cum Φ comparare:

PVLLVS AD MARGARITAM

R.

In sterquilinio pullus gallinacius dum quaerit escam repperit margaritam.

Φ III 12 P

In sterquilinio pullus gallinacius · dum qu(a)erit escam · margaritam repperit ·

iacentem in indigno loco. sic ait ' bona res in stercore iaces.	iaces indigno ' quanta res inquit loco '
si te cupidus invenisset	hoc si quis pretii cupidus vidisset tui '
redires ad splendorem pristinum decoris tui.	olim redisses ad splendorem maximum '
ego qui te inveni in hoc loco potius escam quaero.	ego quod te inveni potior cui multo est cibus
nec tibi ego prosum nec tu mihi.	nec tibi prodesse nec mihi quicquam potes '
Haec illis Aesopus narrat qui me non intellegunt.	Hoc illis narro qui me non intellegunt.

Adnotatio. verba generis r dedimus ex B. — **1** *In sterquilinio* r : om w. — *pullus gallinacius* : *pullus gallinatius* w : *quidam gallinacius* r. — **2** *dum quaerit escam* r : *cum quaereret escas* w. — *repperit margaritam* w : *invenit margaritam* r. — **3.** *sic ait* : *quam ut videt sic ait* r : *et cum doleret sic ait fertur* w. — *bona res in stercore iaces* r : *Quare in sterquilinio iaces?* w. — **5.** *redires* w : *quo gaudio rapuisset ut redires* r. — *pristinum decoris tui* r : *tuum pristinum et decoris vultus tui* w. — *pristinum* R (= wr) : *maximum* P. — **6.** *Ego qui te inveni* w : *Ego te inveni* r. — *loco* w : *loco iacentem* r. — *potius escam quaero* : *potius escam quaero quam te* w : *potius mihi escam quaero* r. — **7.** *nec tibi ego prosum nec tu mihi* r : *nec ego sum tibi prode nec tu mihi necessaria* w. — **8.** *Haec illis Aesopus narrat qui non intellegunt* r : *Haec tibi esopus narrat qui me non intellegis* w.

R igitur, quo hac recensione pervenimus, minus quam **r**, minus quam **w** distat a Phaedro. nec vero hac via ad **R** licebit pervenire nisi in iis fabulis **a w r** quae etiam extant in *Φ*. quas Phaedrianas paraphrases recensentem *Φ* tanquam normam adhibere oportet, scilicet non ut verba codicum *Φ* codicibus **a w r** inculcet invitis, sed, sicubi paraphrasi Phaedriana libri **a w r** discordant, ut eam potius lectionem eligat quae sit similior Phaedro. namque in hoc quidem genere paraphrasium Phaedrianarum quo quid est similius Phaedro, eo habendum est antiquius. de quo Thiele aliter iudicans, quod in plerisque paraphrasibus Phaedrianis id vinculum quo cum

Phaedro continentur abrupit, cum magno editionis suae detrimento hanc viam restituendae recensionis R sibi ipse praeclusit. sed non est nostri propositi hoc singillatim perquirere. neque enim hoc libro id agimus ut corpus illud tam vastum quod constat collectionibus **a w r** recenseamus, sed in hac opera multo minore versamur ut fabulas quasdam generis φ Phaedro vindicemus.

Transeamus igitur ad genus φ. de quo pluribus disputandum est.

Phaedrus solutus vel brevius φ a nobis dicitur, si cui fabulae **a w r** tot et tam certa vestigia Phaedrianae vel versificationis vel dictionis impressa sunt ut non modo possit Phaedro vindicari sed etiam metrum pristinum magna ex parte restitui. quamquam hoc utrumque ad idem redit, quod fabulae, quae quidem hodie non iam extent in codicibus Phaedri non soluti, nullae poterunt Phaedro vindicari nisi metrum totum aut magna ex parte erit restitutum.

De quibus rebus disserentes proficiscemur ab iis fabulis quae extant etiam in Φ. conferendis enim generibus Φ et φ videbimus et quomodo cognata sint et quid discrepent. conferemus igitur harum recensiones φ et Φ fabularum.

nota φ_1 significat Phaedrum ex parte solutum, φ_2 omnino solutum.

GRAGVLVS.

a 26 (φ_1).	Φ I 3 P
ne libeat gloriari quemque bonis alienis ·	Ne gloriari libeat alienis bonis
suis quin p. vivere malle;	suoque potius habitu vitam degere ·
. . . . .	aesopus nobis hoc exemplum prodidit;
Tumens inani gragulus superbia	tumens inani gragulus superbia
pennas pavonum quae deciderant sustulit	pennas pavoni quae deciderant sustulit.
seque exinde ornavit · contemnens suos.	seque exornavit · deinde contemnens suos.

miscuit se pavonum formoso gregi ·
Illi imprudenti pennas eripiunt avi ;
effugantque miserum · Male multatus gragulus
rediit merens ad · proprium genus ·
A quo repulsus, luctificam iterum sustinuit notam ·
Tunc quidam ex his quem pridem despexerat ait ·
Contentus nostris si fuisses sedibus
et pati quod natura dederat voluisses
nec illam expertus contumeliam fuisses
nec ad hanc repulsus pervenire potuisses miseriam ·

inmiscuit se pavonum formoso gregi ·
illi impudenti pennas eripiunt avi ·
fugantque roštris · male mulcatus gragulus
redire merens coepit ad proprium genus
a quo repulsus tristem sustinuit noticiam
tunc quidam ex illis quos prius despexerat
contentus nostris si fuisses sedibus
et quod natura dederat voluisses pati
nec illam · expertus esses contumeliam
nec hanc repulsam tua sentiret calamitas

a est generis φ, **P** generis Φ; promythium in a est epimythium, ut semper. — v. 3 deest in **a**; quod est proprium generis φ oratione esse decurtata. — haec melius **a** quam P : 5 *pavonum* a : *pavoni* P, 11 *notam* a : *noticiam* P. item v. 6 *exinde* a (*exin* Gruner, Havet) melius quam *deinde* P; sed in **a** *exinde* usu sermonis posterioris ponitur pro *inde* et adplicatur verbo *ornavit,* cum in **P** *deinde* adiungatur verbo *contemnens.* — v. 7 *miscuit se* a : *inmiscuit se* P, utrumque metro repugnante; sed dubium est utrum duce **a** legas *se miscuit,* ut Verg. A I 439 sq. infert *se* per medios *miscet*que *viris,* an duce **P** *se immiscuit,* ut Ovidius Am. III 5. 29 illuc *se* rapuit *gregibus*que *immiscuit* illis. — 10 *maerens* : *merens* a P, scriptione novicia. — illa autem in deterius mutata habet **a** : 2 *vitam degere* P : *vivere malle* a, rupto nexu orationis. — 8 *impudenti* P : *imprudenti* a. — 9 *mulcatus* P : *multatus* a. — 11 *tristem* P : *luctificam* a. — 16 *nec hanc repulsam tua sentiret calamitas* P : *nec ad hanc repulsus pervenire potuisses miseriam* a; quod qui

scripsit non videtur satis intellexisse illud *repulsam*. haec denique in a, id est in φ, scripta sunt secundum usum posterioris latinitatis: 9 *effugant* a = *fugant* P, 12 *pridem* a = *prius* P.

Nec in a nec in P senarii distincti sunt versibus, sed indiscreti. nec vero haec nec illa recensio videtur facta esse ab eo qui sciret senarios a prosa oratione dignoscere. v. quidem 7 quod est in P *immiscuit se*, cum metrum flagitet *se immiscuit*, arguit ipsum quoque recensionis P auctorem senarios nesciisse scandere et legisse tamquam prosam orationem. idemque dici debet de auctore recensionis a, id est φ. a quo nec consilio nec ratione senarios Phaedri solutos esse res ipsa declarat. aut enim scandebat rite Phaedrianos senarios aut recitabat tanquam prosam orationem. si tanquam prosam orationem, id quod ego arbitror, ei in mentem venire non potuit verba Phaedri consulto in prosam orationem vertere, quippe quae ei esset iam prosa oratio. sin ille, rei metricae Phaedri peritus, senarios Phaedri rite scandisset: sive metrum retinere voluisset, ubique retinuisset; sive mutare in prosam orationem, ubique mutasset. atqui neutrum eorum fecit. modo enim sunt soluti senarii, modo manent integri, sine ulla ratione certa, sine ullo consilio solvendi. non igitur verba in φ ideo mutata sunt ut metrum solveretur, sed e contrario cum verba erant mutata sponte fiebat ut metrum solveretur. sed cum et auctor recensionis Φ, quae quidem indicia sint codicum, et auctor generis φ Phaedrum ita legerit quasi esset prosa oratio, hoc tamen interest quod ille verba Phaedri descripsit diligentius, quo fieri non potuit quin metrum magis conservaretur; hic autem neglegentius et licentius aliqua interpolando, quo fieri non potuit quin metrum magis turbaretur. itaque v. 14 *et quod natura dederat voluisses pati* P : *et pati quod natura dederat voluisses* a, quod transposito verbo *pati* metrum solutum est, nihil est quod arbitremur *pati* ideo transpositum esse ut metrum solveretur, sed potius censeamus *pati* ideo esse transpositum ne tria verba (i. e. ῥήματα) *dederat voluisses pati* continuarentur; quod, etsi erat molestum, in versu tamen quodammodo excusabatur metri necessitate; in prosa autem, quae careret ea necessitate, vix erat ferendum. postremo ne mireris auctorem generis φ neque solitum esse neque scivisse Phaedri senarios

scandere, post Phaedri aetatem vel potius dicam paene simul cum Phaedro usus ac scientia senariorum obsolevit. nam trimetros Horatii et Senecae imitati sunt Prudentius Avienus Paulinus Ausonius aliique; nemo autem litteratus temptavit senarios; quos post Phaedrum vix ullos invenias praeter quosdam titulorum plebis rudi arte et incompositos; nedum rudes monachi illi saeculi quinti sextive callerent senariorum Phaedrianorum elegantiam, aut a prosa oratione discernerent quod esset quingentis ante annis scriptum et simile prosae orationi.

CANIS CARNIS VMBRAM CAPTANS.

a 7 (φ_1).	Φ I 4 P
qui dum aliena quaerunt propria amittunt	Amittit merito proprium qui alienum adpetit ·
cum canis super fluvium carnem ferret . . .	Canis per flumen carnem dum ferret natans
nimpharum speculo vidit simulacrum suum	lympharum in speculo vidit simulacrum suum
alteramque praedam ab altero ferre; putans	aliamque praedam ab alio ferri putans
5 eripere voluit at decepta aviditas	eripere voluit verum decepta aviditas
quam ferebat . . dimisit offam ·	et quem tenebat ore dimisit cibum ·
Et quae volebat sua · non potuit vel extrema tangere dente ·	nec quem petebat adeo potuit attingere ·

Promythium, ut semper in a, est epimythium. 4 *ferre* a = *ferri* P. quae aetate Merovingica non erat nisi scribendi varietas. — 2. *per* P : *super* a, meliore sententia, sed metro repugnante. — 3 *nimpharum speculo* a optime : *lympharum in speculo* P; fortasse scripserat Phaedrus ipse *nympharum speculo*. — 4 *alteramque praedam ab altero* a : *aliamque praedam ab alio* P; neutrum recte, sed suum utrumque confert ad versum sic emendandum: *aliamque praedam ab altero ferri putans*. ad *aliamque . . ab altero* cf. Publilius sent. I 2 *Ab alio expectes alteri quod feceris*. — 2 *cum . . ferret* a : *dum ferret* P; ut a item rw.

— 6 *ore* omisso orationem contraxit **a**. — 5 *verum* P, salvo metro: *at* a, qua una voce in alterius locum substituta metrum corruit. — 7 nec **a** nec P praebet veram lectionem, sed coniuncti conficiunt sic: *Nec quem petebat adeo potuit tangere.*

LEO PRAEDAM PARTIENS.

a 9 (φ_1)	Φ I 5 P
Numquam fidelis cum potente sotietas sit copulanda;	Numquam est fidelis cum potente societas ·
. . . . .	testatur haec fabella propositum meum ·
Vacca ovis et capella	vacca et capella et patiens ovis iniuriae
obviam fuerunt cum leone in saltibus;	socii fuere cum leone in saltibus ·
Hi cum cepissent vasti corporis cervum ·	Hi cum cepissent cervum vasti corporis ·
factis partibus sic est locutus leo ·	sic est locutus partibus factis leo ·
Ego primam tollo partem quia nominor leo ·	Ego primam tollo nominor quia leo ·
Secundam quia sum fortis ·	secundam quia sum fortis tribuetis mihi ·
tertia . . . quia omnibus vobis magis valeo ·	tum quia plus valeo me sequetur tertia ·
Quartam qui tetigerit · male patietur ·	Malo adficietur si quis quartam tetigerit ·
Sicque totam praedam sua improbitas defendit	sic totam praedam sola improbitas abstulit ·

Promythium in **a**, ut solet, est epimythium. — haec fabula in **a** contracta et decurtata est sublato toto versu 2 et partibus versuum 3, 8, 9. ac rursus inserta interpolatoris additamenta: 1 *sit copulanda*, 7 *partem*, 9 *omnibus vobis*. — 7 *quia nominor leo* a : *nominor quia leo* P, utrumque vitiato metro. cui versui exitus reddetur legitimus si legeris: . . *nominor quoniam leo*. — diasceuastes dum studet verba fabulae facere suae aetatis sermoni similiora, locutiones et significationes no-

vicias intulit: 9 *magis* = plus, 11 *sicque* = sic P, *sua* = eius, *defendit* = potita est. — 9 *tertia* a = tertiam, scil. tollo. nam tum cum genus φ natum est, *-m* ultima accusativi frequenter scriptione, plerumque voce omittebatur. hoc igitur loco quod est in *Φ tertia,* id φ retinuit, sed conformata paulo aliter sententia. cui rei cognatum est quod φ cum mutaret sententiam, tamen saepius retinebat aliquam similitudinem litterarum, ut 11 **sola** P : **sua** a (id est φ), 10 **malo** *adficietur* P : **male** *patietur* a. quamquam fortasse saepius corruptelae causa sita esse videtur in errore legendi aut interpretandi. — huius fabulae duo senarii continui 5 et 6 soluti sunt verbis iisdem sed mutato ordine: 5 *hi cum cepissent cervum vasti corporis* > *hi cum cepissent vasti corporis cervum,* 6 *sic est locutus partibus factis leo* > *factis partibus sic est locutus leo.*

LVPVS ET AGNVS.

a 3 (φ)	Φ I 1 P
Lupus et agnus ad rivum .. venerunt.	Ad rivum eundem lupus et agnus venerant
. . . superior .. lupus.	siti compulsi. superior stabat lupus
]onge .. inferior agnus. Tum fauce improba	longeque inferior agnus · Tunc face improba
,atro incitatus. iurgio dixit.	latro incitatus iurgii causam intulit ·
5 Cur .. turbulent fecisti mihi	Quur inquit turbulentam mihi fecisti
aquam .. Laniger ....;	aquam bibenti? laniger contra timens
Quomodo fieri potest?	qui possum quaeso facere quod queris lupe?
dum a te liquor decurrens ad meum os veniṭ	A te decurrit ad meos haustus liquor ·
L.	Repulsus ille veritatis viribus ·
10 Ante hos sex menses .. maledixisti mihi;	ante hos sex menses ait maledixisti mihi ·
rp. ..... Non eram natus ·	Respondit agnus · equidem natus non eram;

Pater tuus .. maledixit mihi ·	pater hercle tuus inquit maledixit mihi ·
Et ita correptum lacerat iniuste ..;	atque ita correptum lacerat iniusta nece ·
.....	Haec propter illos scripta est homines fabula
qui fictis causis innocentes opprimunt	qui fictis causis innocentes opprimunt ·

Codicis a decurtata est oratio. omissus est enim versus 14, omissae partes versuum 1—3, 5—7, 10—13, omissa denique omnia quaecunque ad rem narrandam necessaria esse non videbantur, tametsi ita narratio arida exilisque fiebat. nonnulla vero videntur idcirco esse mutata, quo facilius intellegerentur versus antiqui ab hominibus non litteratis, qui quingentis post annis essent atque uterentur latino sermone diverso. ut v. 8 *ad meos haustus* P : *ad meum os* a. quid? quod quaedam tamquam non intellecta mutata sunt, ut 4 *incitatus iurgii causam intulit* P : *incitatus iurgio dixit* a. ubi quod *incitatus iurgio* scriptum est pro *incitatus iurgii,* apparet, ut saepius, mutandi quaedam moderatio, quae, quod eius fieri posset, retinuerit litteras traditas. — 3 *fauce improba* a : *face improba* P, falso. — 5 *fecisti mihi* a, verum versus exitum servans : *mihi fecisti* P, turbato verborum ordine ac soluto metro. — 7 *quereris* Pithou : *queris* P : om. a. —

PASSER AD LEPOREM.

a 57 (φ_1)	Φ I 9 P
stultis qui sibi non cavent et aliis consilium dant;	Sibi non cavere et aliis consilium dare
.....	stultum esse paucis ostendamus versibus ·
oppressam aquilam et fletus dantem ..	oppressum ab aquila fletussedens graves ·
lepus obiurgabat passerem. Ubi pernicitas	leporem obiurgabat passer ubi pernicitas?

5	.. tua est .. et cur sic pedęs cessarunt?	nota inquit illa est · quid ita cessarunt pedes?
	hoc vere te fecit insidiari et sustineri.	
6	Talibus dum loquitur. ipsum accipiter nęcopinum rapuit.	dum loquitur ipsum accipiter nec opinum rapit
	questuque vano clamitantem interfecit ·	questuque vano clamitantem interficit;
	Et aquila · ..... Solatium	lepus semianimus mortis in solatio
	quod tu securus nostra irridebas mala ·	qui modo securus nostra irridebas mala
10	simili querela facta deploras tua ·	simili querela fata deploras tua ·

Promythium est in **a**, ut solet, epimythium. — verba in **a** decurtata sunt: omissus est v. 2, omissae partes versuum 3, 5, 8. — iam diasceuastes φ verba Phaedri, si qua non intellegebat, mutavit detorquens in aliam sententiam. verum tamen operam dedit ne mutaret nimis litteras traditas. quo factum est ut manerent in **a** veri vestigia. quae colligentem emendare quasdam codicis **P** corruptelas licet. itaque *oppressam aquilam et fletus dantem* a : *oppressum ab aquila fletussedens* P; ex quibus conficitur lectio emendatior: *Oppressum ab aquila et fletus edentem.* et v. 8 *in solatio* P : *Solatium* a; quibus coniunctis commendatur coniectura Sanadonis *eu solacium.* — at hoc quidem, quod est magni momenti, inter **P** (id est Φ) et **a** (id est φ) interest, quod **P** verba Phaedri diligentius reddidit, quo factum est ut etiam senarii conservarentur, diasceuastae autem φ religioni non fuit quominus verba saepe mutaret, dum ne nimis a litteris discederet traditis, ut 6 *rapit* P : *rapuit* a. ita factum est ut levi mutatione diasceuastes **a** metrum solveret. — v. 5 **a** habet aetatis posterioris sermone additum *hoc vere te fecit insidiari et sustineri.* ubi *insidiari* intellegendum est passiva significatione, *sustineri* est idem quod *sustinere,* nam *i* et *e* promiscua saepe erant quinti sextique saeculi scriptione.

CANIS ET THESAVRVS.

a 32 (φ_1)

avaris qui ante exhausti perire possunt quam cupiditatis rabie satiarentur;

. . . .

Canis et vultur humana effodientes ossa canis thesaurum invenit · Et violatus manens.

iniecta est illi divitiarum cupiditas per quas sacrilegii · Lueret poenas ·

Aurum dum custodit oblitus ciborum copia.

fame est consumptus · Cui adstans vultur

ait · O canis merito luis

quia concupisti . . regales opes ·

trivio contentus et in stercoribus educatus.

quid tibi profuit has invenire divitias?

Φ I 27 P

Haec res avaris esse conveniens potest ·

et qui humiles nati dici locupletes student

humana effodiens ossa thesaurum canis

invenit et violat || · quia manes deos

iniecta est illi divitiarum cupiditas

poenas ut sancte religioni penderet ·

itaque aurum dum custodit oblitus cibi

fame est consumtus quem stans · vulturius super

fertur locutus · O canis merito iaces

qui concupisti subito regales opes ·

trivio conceptus et educatus stercore ·

Promythium est in a more solito epimythium. — v. 2 est in a omissus, 10 contractus, at v. 3 et 11 dilatati. — ipsum argumentum in φ eo depravatum est quod, qui in fine fabulae iudex et censor erat futurus, is ab initio culpae est factus affinis. nam diasceuastes φ vulturio fabulae Phaedrianae quid faceret quod nesciebat, item vulturium fecit ossa effodientem et cani adstantem, cum in Φ staret super cadaver illius. — 4 *violarat* (P^1 R : *violat* P^2) *quia manes deos* P : *violatus manens* a. scilicet diasceuastes φ, quod non intellegebat, Phaedri verba mutavit; sed id, ut solebat, ita ut conservaret quandam similitudinem litterarum. — 6 in a pro verbis poetae verba prosae vulgaris sunt substituta. — 11 non modo in φ (= a) sed etiam

in Φ (= P) metrum solutum est, perperam *et* addito. quod etiam exemplum est neutrum librarium scandisse Phaedri senarios, quod idem ante observavimus. — 11 *conceptus* P : *contentus* a per corruptelam.

COLVMBAE ET MILVVS.

a 22 (φ_1)	Φ I 31 P
qui se committit tutandum homini . . .	Qui se committit homini tutandum improbo
auxilium cum quaerit. exitium invenit ·	auxilia dum requirit exitium invenit ·
Columbae cum semper fugerent . .	columbe sepe cum fugissent miluum
et celeritate pennarum mutassent necem ·	et celeritate penne vitassent necem
consilio raptor vertit . . fallatiam	consilium raptor vertit ad fallaciam ·
et genus incertum decepit hoc modo	et genus inerme tali decepit dolo ·
Cur sollicitum · non eligitis unum qui vos defendat?	quare sollicitum potius evum ducitis
Cur me non eligitis pacto foederis regem?	quam regem me creatis · icto foedere ·
ut vos ab omnibus . . praestem iniuriis?	qui vos ab omni tutas prestem iniurias?
At illae credentes tradunt se milvo ·	illae credentes tradent sese miluo ·
Qui regnum adeptus coepit vesci singulas	qui regnum adeptus coepit vesci singulis ·
et ad imperium sevis unguibus exercere ·	et exercere imperium sevis unguibus ·
Una ex rel; Sic merito agitur.	tunc de reliquis una merito plectimur
qui nostrum spiritum tali credidimus inimico;	. . . . .

Promythium in **a**, ut solet, translatum ad finem. v. 1, 3, 5, 9 ita sunt mutili, v. 4 et 12 ita corrupti ut non possint intel-

legi. item v. 6, 7 in **a** sunt hominis orationem quam non intellegebat depravantis. — 9 *iniuriis* a : *iniurias* P, lege *iniuria*. — in **a** pro poeticis verbis verba prosae orationis haec substituta sunt: 2 *auxilia* (= auxilium) P : *auxilium* a, v. 13 *merito plectimur* P : *Sic merito agitur* a. — at 10 *tradunt* a verius : *tradent* P = tradunt. quod latinitatis Merovingicae in Φ irrepserat. — v. 14, qui deest in P, suppletur per **a**. quem versum conicio Phaedrum sic scripsisse : *Inimico nostrum quae credidimus spiritum.*

VVLPES LVPVS SIMIVS.

a 28 (φ_2)	Φ I 10 P
Qui . . turpi fraude . . inclaruit	Quicunque turpi fraude semel innotuit
. . semper turpiter vivit ·	etiamsi verum dicit amittit fidem ·
. . . . .	hoc adtestatur brevis esopi fabula ·
Lupus arguebat vulpem iratus forti crimine.	lupus arguebat vulpem forti crimine ·
illa negabat se non esse ream ·	negabat illa se esse culpae proximam
. . Iudex . . sedet simius · ut verum diceret ·	tunc iudex inter illos sedit simius
. . Causam . . dicunt . .	uterque causam cum perorassent suam ·
Respondit simius.	dixisse fertur simius sen[ten]tiam ·
Tu non videris perdidisse quod quaeris.	tu non videris perdidisse quod petis
Te credo surripuit quod pulcre negas ·	te credo subripuisse quod pulchre negas ·

Oratio in **a**, ut solet, contracta et decurtata est . itaque deest totus versus 3 et partes versuum 1, 2, 6, 7, 8. dilatati autem additamentis codicis a sunt versus 2 [*semper*], 5 [*non*], 6 [*ut verum diceret*], 4 [*iratus*]. — 4 *furti* r : *forti* PR a . *forti* pro *furti* est orthographiae noviciae, ut sexto saeculo Gregorius Turonensis 223. 15 A—K *purpora*, 283. 15 *proina*, 271. 15 *murmor*, 40. 10 *luxoria*.

VVLPES ET CORVVS.

a 15 (φ_2)	Φ I 13 P
qui se laudari verbis subdolis gaudent.	Qui se laudari gaudet verbis subdolis
ferunt pennas turpi penitentia indiscretas;	fere dat poenas turpi penitentia
Corvus cum de fenestra raptat caseum	cum de fenestra corvus raptum caseum
et comesse vellet . celsa resedit in arbore.	comesse vellet celsa residens arbore
Vulpis hunc cum fuisset intuita sic alloqui coepit ·	vulpis hunc vidit dehinc sic coepit loqui ·
O quis tuarum corve pennarum vigor est	O qui tuarum corve pennarum est nitor ·
. . . . .	quantum decoris corpore et vultu geris
si vocem haberes latiorem · Nulla avium prior adesset tibi	si vocem haberes nulla prior ales foret
Ille dum . . vult ostendere vocem	at ille stultus dum vult vocem ostendere
latiorem · emisit caseum · quem celeriter	emisit ore caseum; Quem celeriter
dolosa vulpis avide dentibus rapuit	dolosa vulpis avidis rapuit dentibus ·
Tunc demum corvus ingemuit quia dolo esset deceptus ut ignarus.	tum demum ingemuit corvi deceptus stupor

Promythium in a est epimythium; quod ad proprium locum reduxi. — haec quoque fabula in a decurtata est, versu septimo excluso. — 2 *fere dat* P : *ferunt* a; servata quadam litterarum similitudine, detorta sententia. — ib. *poenas* P : *pennas* a, fortasse lapsu levi calami : *penas* > *pēnas*. — *p. indiscretas* i. e. quae sequuntur continuo et necessario. — 3 etiam in a senarius, nec tamen Phaedri . cuius ab usu alienum est dicere *cum raptat* pro *ut raptavit*. sed hoc quoque, quod pro illo *cum . . raptum* est in a vel φ *cum . . raptat,* exemplum est in φ et servari similitudinem quandam litterarum et tamen corrumpi

orationem. — 10 *emisit ore* P : *latiorem emisit* a : *latiorem emisit ore* D : *lato ore emisit* Havet optime. diasceuastes igitur ille sive male legendo et prave interpretando *latiorem* scripserat sive scriptum invenerat, ut substantivo proximo, quod est *vocem,* attribuit, item in versu 8 substantivo *vocem* eidem adiunxit *latiorem* inserens, quo magis sibi ipse constaret. cuius eiusdem rei exemplum subsimile in fabula de passere et lepore, quam p. xxxi sq. attulimus, edidit. ubi cum non leporem sed aquilam opprimi fecisset, postea, ne sibi ipsa narratio repugnaret, non leporem sed aquilam mortem suam alterius interitu fecit consolantem, eadem absurditatis constantia. — 8 *nulla prior ales foret* P : *nulla avium prior adesset tibi* a. a idem dicit quod P, sed in sermonem saeculi quinti sextique translatum. — 5 *Vulpes hunc vidit deinde sic* : *Vulpis hunc vidit dehinc sic* PR cum metri ruina. quod indicat — id quod supra vidimus — ne recensionis PR quidem auctorem scandisse Phaedri senarios.

CANES FAMELICI.

a 2 (φ_2)	Φ I 20 P
qui consilio inmaturo illud capere cupiunt ad quod pertingere non possent.	Stultum consilium non modo effectu caret ·
. . . . .	sed ad perniciem quoque mortales devocat.
Corium depressum in flumine viderunt canes ·	corium depressum in fluvio viderunt canes
quem ut extrahere celerius potuissent.	id ut comesse extractum possent facilius
aquam ceperunt lambere . Sic rupti	aquam coepere bibere sed rupti prius
pereunt quam quod petierant contingere valuissent.	ibi periere quam quod petierant contingerent.

Promythium est, ut solet, in a epimythium. Diasceuastes Phaedri soluti (φ) non magis huius fabulae quam ceterarum paraphrasin temptavit; verum pro antiquitate verborum, ut solebat, de sermone aetatis suae nonnulla substituit.

CANES ET CORCODRILLI.

a 31 (φ_2)	Φ I 25
qui consilia adversa sapientibus sumministrant ·	Consilia qui dant prava cautis hominibus
et non solum quod operantur perdunt verum ab eis turpiter deridentur;	et perdunt operam et deridentur turpiter
Canes currendo bibunt ex nilo flumine	canes currentes bibere in nilo flumine
ne rapiantur a crocodillis ·	a corcodrillis ne rapiantur · traditum est
Rapidius igitur currens ex nilo cum bibere coepisset canis ·	igitur cum currens · bibere coepisset canis ·
dixit ei crocodillus Quod libet labio tuo	sic corcodrillus quam libet lambe otio
.....	pota accede noli timere sedulo ait ·
noli vereri · Respondit · Facerem quod dicis ·	at noli vereri inquit · at ille · facere mehercule
nisi esse te scirem carnis mee cupidum.	nisi esse scirem carnis te cupidum meae ·

Promythium reposui in **a** ad finem relegatum. — 3 *currentes* P : *currendo* a, fortasse recte. — 6. *quam libet lambe otio* P : *quod libet labio tuo* a, quod videtur esse diasceuastae verba Phaedri non satis intellegentis. — v. 7, 8 in **a** interpolati et decurtati, in P corrupti, fortasse sic legendi sunt : *Noli timere, accede, pota sedulo, Noli vereri . at ille : facerem mehercule* et cetera . quae ipsa corruptela indicat ne recensionis Φ quidem (i. e. PR) auctorem Phaedri scandisse senarios.

Haec comparatio generum φ et Φ praemissa quoniam exemplis fabularum earum quae et in φ et in Φ extant illustrat quantum φ a Φ deflexerit, sequitur ut quaeramus de proprietatibus generis φ universi. primum igitur de metro soluto, deinde de oratione truncata, tum de interpolationibus et de corruptelis.

Quod igitur ad metrum solutum attinet, supra videbamus p. XXVII sqq. diasceuasten generis φ et usum esse eo Phaedri

libro cuius senarii non distincti essent versibus sed indiscreti scriptione; nec ipsum scivisse senarios a prosa oratione dignoscere. quem nec verba nec ordinem verborum ideo mutasse ut metrum solveretur, sed e contrario, cum verba essent mutata, sponte factum esse ut metrum solveretur.

Ac primum fiebat ut verba ipsa non mutata aliter tamen collocarentur. nam quod Phaedri verba ita legebantur recitabanturque tanquam essent prosa oratio, eo facilius et quasi sponte fiebat ut verborum ordo prosae orationi quodammodo accommodaretur. itaque ordo verborum ideo saepe mutatus est ut poetica traiectio atque inversio tolleretur. ut sublata est **traiectio** a 15. 1 p. XXXVI qui se laudari verbis subdolis gaudent = qui se laudari gaudent verbis subdolis, a 9. 6 p. XXIX factis partibus sic est locutus leo = sic est locutus partibus factis leo, a 26. 14 p. XXVI et pati quod natura dederat voluisses = et quod natura dederat voluisses pati, a 4. 1 p. 3 Mus quo transire posset facilius flumen = mus quo transire posset flumen facilius, ib. v. 3 lino alligat pedem priorem muris = priorem muris alligat lino pedem, a 13. 4 p. 8 cellamque intravit plurimo refertam cibo = refertam intravit plurimo cellam cibo, ib. 10 at miser rusticus ignota trepidat domo = at miser ignota rusticus trepidat domo, a 43. 2 p. 32 vicerunt oves tutae praesidio canum = oves vicerunt tutae praesidio canum, a 9. 7 p. XXIX ego primam tollo quia nominor leo = .. nominor quia leo P (*nominor quoniam leo* conieci), a 31. 9 p. XXXVIII nisi esse te scirem carnis meae cupidum = nisi esse scirem carnis te cupidum meae, a 44. 9 p. 34 roganti hosti nostro manubrium dedimus = hosti roganti nostro dedimus manubrium; a 58. 6 p. 43 sed cum venerimus ad praesepia vespere = sed cum venerimus vespere ad praesepia, r IV 6. 12 p. 66 digne sumus laniati singuli ab uno = digne laniati sumus ab uno singuli, r I 19. 12 p. 62 humanis artibus quibus capi possimus = quibus artíbus possimus humanis capi. — iam sublata est **inversio** a 17. 12 p. 10 dominum introire cui occurrit velocius = dominum introire. occurrit cui velocius, w I 9. p. 47 sunt [alii] quos malorum tetigit timor = et alii sunt malorum quos tetigit timor.

Iam metrum saepe solutum est non ordine sed verbo

verbisve mutatis: a 26. 9 p. XXVI effugantque miserum male multatus gragulus = fugantque rostris. male mulcatus gragulus, ib. 10 rediit merens ad proprium genus = redire maerens coepit ad proprium genus, ib. 11 A quo repulsus luctificam iterum sustinuit notam = a quo repulsus tristem sustinuit notam (noticiam P), ib. 12 Tunc quidam ex his quem pridem despexerat ait = Tum quidam ex illis quos prius despexerat; a 7. 4 p. XXVIII alteramque praedam ab altero ferre putans a : aliamque praedam ab alio ferri putans P = aliamque praedam ab altero ferri putans, ib. 5 eripere voluit, at decepta aviditas = eripere voluit, verum decepta aviditas; a 9. 1 p. XXIX Numquam fidelis cum potente sotietas sit copulanda = Numquam est fidelis cum potente societas, ib. 4 obviam fuerunt cum leone in saltibus = socii fuerunt cum leone in saltibus, ib. 11 Sicque totam praedam sua improbitas defendit = sic totam praedam sola improbitas abstulit, a 3. 4 p. XXX latro incitatus. iurgio dixit = latro incitatus iurgii causam intulit. ib. 13 et ita correptum lacerat iniuste = atque ita correptum lacerat iniusta nece; a 57. 3 p. XXXI oppressam aquilam et fletus dantem = oppressum ab aquila et fletus edentem graves, 6 p. XXXII Talibus dum loquitur ipsum accipiter necopinum rapuit = dum loquitur ipsum accipiter necopinum rapit, ib. 7 questuque vano clamitantem interfecit = questuque vano clamitantem interficit, a 32. 4 p. XXXIII invenit. Et violatus manens = invenit. et violarat quia manes deos, ib. 7 aurum dum custodit oblitus ciborum copia = itaque aurum dum custodit oblitus cibi, ib. 8 fame est consumptus. cui adstans vultur = fame est consumptus. quem stans vulturius super; a 22. 2 p. XXXIV auxilium cum quaerit. exitium invenit = auxilia dum requirit exitium invenit, ib. 4 et celeritate pennarum mutassent necem = et celeritate pennae vitassent necem, ib. 5 consilio raptor vertit fallatiam = consilium raptor vertit ad fallaciam, ib. 9 ut vos ab omnibus praestem iniuriis = qui vos ab omni tutas praestem iniuria, ib. 10 At illae credentes tradunt se miluo = illae credentes tradunt sese miluo; a 28. 1 p. XXXV Qui turpi fraude inclaruit = Quicunque turpi fraude semel innotuit, ib. 4 Lupus arguebat vulpem iratus forti crimine = Lupus arguebat vulpem furti crimine, ib. 9 Tu non videris perdidisse quod quaeris = tu non videris perdidisse quod petis, ib. 10 Te credo surripuit quod pulcre negas = te credo surripuisse quod

pulchre negas; a 15. 2 p. XXXVI ferunt pennas turpi penitentia indiscretas = fere dat poenas turpi paenitentia, ib. 4 et comesse vellet. celsa resedit in arbore = comesse vellet celsa residens arbore; a 2. 3 p. XXXVII corium depressum in flumine viderunt canes = corium depressum in fluvio viderunt canes, ib. 5 aquam ceperunt lambere. sic rupti = aquam coepere bibere. sed rupti prius, 6 pereunt quam quod petierant contingere valuissent = ibi periere quam quod petierant contingerent; a 31. 3 p. XXXVIII canes currendo bibunt ex nilo flumine = canes currentes bibere in Nilo flumine, 6 dixit ei crocodillus quod libet labio tuo = sic corcodrillus : quam libet lambe otio, 8 noli vereri. respondit. facerem quod dicis = noli vereri. at ille : facere*m* mehercule; a 8. 3 p. 6 adamavit eum. et statim adscendens super = [*mirans*] adamavit. et statim adscendens super; a 13. 5 p. 8 in qua cum variis perfruitur = in qua *d*um variis [*escis*] perfruitur [*libens*], ib. 9 urbanus nota facile se abscondit caverna = urbanus not*o* facile se abscondit cav*o*; a 17. 6 p. 10 et si obsequium illi fecero = [quanto magis me] officium si illi fecero, ib. 8 aqua sanctis fontibus alor cibus mihi mundus datur = aqua sancti fontis cibus [*et*] mihi mundus datur, ib. 17 clamore domini concitatur omnis familia = clamore domini concitatur familia, ib. 18 fustes et lapides arripiunt = fustes et lapides omnes arripiunt [*cito*], ib. 19 et super asinum insurgunt. Fatiunt debilem = super asinum insurgunt, [*plagis*] faciunt debilem; a 18. 10 p. 14 leo cogitabat si occideret = leo cogitabat [*supplicem*] si occideret, ib. 23 ne quis minimos laedere praesumat = ne quis minores laedat [*monet haec fabula*]; r III 16. 8 p. 16 et nemo ei ministrabat manibus ac pedibus conspirantibus = nemo ministrat *membris* conspirantibus; a 34. 2 p. 18 trahebant. bos dum conatur paullo validius = trahebant. bos conatus paullo validius, ib. 9 qui multas inter plagas ruptus cecidit = qui multas inter plagas ruptus *con*cidit, ib. 10 et expiravit media pondere collapsus via = et expiravit media collapsus via, ib. 13 non iam inmaturo nos interitu pasceres tuo = non iam inmaturo nos interitu pasceres; a 35. 5 p. 20 sublatum hominis posuit in gremio pedem = sublatum [*et*] hominis posuit in gremio pedem, ib. 11 sublatum rursus pastori ponit in gremio pedem; = rursus pastori ponit in gremio pedem; a 36. 9 p. 22 pudendum contempserat inimicum = pudendum contemp*sisset*

adversarium, 11. quia ille sibi famam diminuit qui se indignis comparat = sibi famam minuit qui se indignis comparat; a 37. 3 p. 22 qui ... transeunti tardius dedit viam = qui*a* transeunti tardius dede*rat* viam, ib. 4 vix inquit me teneo ut non te rumpam calcibus = vix inquit teneor quin te rumpam calcibus, ib. 8 ut vidit asinus. tali eum irrisit verbo = ut vidit asinus tali*a* irrisit *loquens,* ib. 9 quid tibi gloriose quondam phaleris = quid gloriose quondam phaleris [*profuit*]; a 38. 3 p. 24 vespertilio dubios eventus timens = [*tunc*] vespertilio dubios eventus timens, ib. 6 in pacem cum redissent pristinam = in pacem [*fessi*] cum redissent pristinam; a 39. 10 p. 26 acceptore contracto visco in terram deiecit = accipitrem tactum visco in terram deiicit; a 40. 19 p. 28 pastor. serviam tibi et tribuam quicquid volueris = pastor »tibi» inquit »tribuam quicquid volueris», a 43. 8 p. 32. post pace facta irrita = [*verum lupi*] post pacem f*ecere* irritam, ib. 9 ceperunt carpere = [*Gregem*] coeperunt carpere [*ovium caedibus*], ib. 10 nullo exsistente defensore = nullo existente defensore [*ovium cane;*] a 44. 4 p. 32 oleastro iusserunt cetera = oleastrum [*lignum*] iusserunt [*dare*] ceter*ae*, ib. 8 p. 34 digne et iuste patimur = [*haec*] digne et iuste [*tanta nunc*] patimur [*mala*]; a 51. 14 p. 34 iubentur homines adduci in medio. ait maior = iubentur homines duci in medi*um. interrogat,* ib. 18 respondit hi sunt comites tui = respondit: »hi sunt [*nobiles*] comites tui», 19 et quia mendatio laudatus est cum turba sua = mendacio laudatus cum turba sua, ib. 26 at ille qui semper veritatem amabat et loqui consueverat = qui verum amabat et loqui consueverat, ib. 27 respondit. tu es vere simius = respondit: »[*et*] tu es [*ipse*] vere simius»; a 58. 2 p. 42 libenter inquit si possem = [*Equus*] »libenter» inquit »si possem [*tibi*]», ib. 3 et pro dignitate nostra large tribuerem = pro dignitate nostra large tribuerem, ib. 6 et asellus. qui rem tam parvam negas = asellus *contra*: »qui rem tam parvam negas»; a 60. 2 p. 42 deinde saliens dixit · ideo me ocius = [*illi*] inde saliens dixit: »ideo me ocius», ib. 3 ad terram mitto. ne te atritum gravem = ad terram mitto, ne [*iam*] te at*t*ritum gravem, a 65. 11 p. 44 quia tu penitebis sceleris tui = [ignoscam] quia te paenitet sceleris tui, ib. 12 usque dum cicatrix clauserit = [*sed vulnus*] usque dum cicatrix clauserit, 15 nam redeo tecum in gratiam = namque [*ita*] red*ibo* tecum [*antiquam*] in gratiam; — w I 4. 1 p. 46

qui sustinere non potest malum = qui sustinere non potest [proprium] malum, ib. 4 dicunt se propter adsiduos metus = di*xere* se*se* propter adsiduos metus, 8 heu inquit unus leporum = »e*n*» inquit unus leporum : »[*nos illae timent*]»; w I 5. 4 p. 48 ignarum monuit haedum et mandavit = ignarum monuit haedum et mandavit [*diu*], 7 et sic capella silva petivit . paulo post venit lupus = silva*m* petivit . paulo post venit lupus; w III 2. 7 p. 50 sed non repudiavit officium tamen = non repudiavit [*eius*] officium tamen, 8 mentem ad locum quaesivit contra ingenium = mentem ad locum quaesivit contra *callidum*; w V 2. 2 p. 54 cum se ferarum rege fecisset fortissimus leo = cum se ferarum rege*m* fecisset leo, ib. 4 renuntiavit prioribus actis mutans consuetudinem = a pristina deflexit consuetudine, ib. 6 sancta et incorrupta iuravit servare fidem = sancta incorrupta iura servavit fide, ib. 7 posteaquam habere coepit de hanc re penitentiam = postquam labare coepit paenitentia, ib. 8 mutare non potuit natura = mutare [*quod*] non potuit natura*m suam,* 12 laniebatur ut saturaretur = [*Ibi*] lania*ba*tur ut saturaretur [*leo*], 15 olere dixit et quasi deorum altaria = olere dixit quasi deorum altaria, 16 tunc erit laudatorem ut lederet = [*leo*] tunc er[*nbu*]it laudatorem laedere, 22 cibum aliquem in quietem et qui ei levaret fastidium = cibum in quietem, qui levet fastidium; w V 9. 2 p. 58 humanam speciem cum se vertisset Iupiter = humanam in speciem cum vertisset Iuppiter; — r I 19. 11 E p. 60 illi tunc sument medicamenta de tuo crimine? = illi*nc n*unc sume*s* medicamenta *a* crimine? r I 20. 5 p. 62 hirundo autem hoc intellexit = hirundo *quo spectaret* hoc intellegens, ib. 6 et convocatis avibus rettulit = [*continuo*] convocatis avibus rettulit, ib. 10 malum [est hoc . venite] eruamus illud. nam cum creverit = malum eruamus illud. nam cum creverit, ib. 17 at quae respuerunt monita nolentes audire consilium = at quae respuer*ant* monita et consilium [*illius*]; r IV 6. 3 p. 64 verveces in collectu cum essent simul cum arietibus = vervecibus collect*is sociati* arietes, ib. 6 p. 66 nec sic timuerunt. sed inter se incauti dicebant = nec sic timŭerunt *atque* incauti dixĕr*u*nt, ib. 13 qui nobismet non prospeximus = [*socordes*] qui nobismet non prospeximus, ib. 15 te in medio nostri positum aspeximus = te in medio nostro [*coetu*] *stantem* aspeximus, ib. 16 [capitinis impulsibus] quassatum confractumque non occidimus = quassatum confractumque non occidimus, ib. 17 haec fabula probat

illum consumi a malo = hac fabula probatur consumi malo; r IV 20. 1 p. 68 homo malus multos perdit et ipse solus perit = malus multosq*ue* perdit et solus perit, ib. 4 cui contra telum me quidem unus ego vero multos = cui contra telum: »me unus, *sed* multos ego».

Saepe vero metrum solutum est et ordine et verbo verbisve mutatis.

a 26. 1 p. XXV ne libeat gloriari quemque bonis alienis = ne gloriari libeat alienis bonis P, ib. 15 p. XXVI nec illam expertus contumeliam fuisses = nec illam expertus esses contumeliam P; a 7. 1 p. XXVIII qui dum aliena quaerunt propria amittunt = amittit [merito] proprium qui alienum adpetit P, ib. 2 cum canis super fluvium carnem ferret = canis per flumen carnem dum ferret [natans] P; a 9. 9 p. XXIX tertia quia omnibus vobis magis valeo = tum quia plus valeo [me sequetur] tertia, ib. 10 quartam qui tetigerit male patietur = malo adficietur si quis quartam tetigerit; a 3. 1 p. XXX lupus et agnus ad rivum venerunt = ad rivum [eundem] lupus et agnus venerant, ib. 8 dum a te liquor decurrens ad meum os venit = a te decurrit ad meos haustus liquor; a 57. 1 p. XXXI stultis qui sibi non cavent et aliis consilium dant = sibi non cavere et aliis consilium dare | stultum esse . . , 4 sq. XXXI sq. . . ubi pernicitas tua est et cur sic pedes cessarunt = . . »ubi pernicitas | [nota» inquit »illa] est? quid ita cessarunt pedes?» a 32. 6 p. XXXIII per quas sacrilegii lueret poenas = poenas ut sanctae religioni penderet, ib. 11 trivio contentus et in stercoribus educatus = trivio conceptus, educatus stercore, a 22. 1 p. XXXIV qui se committit tutandum homini = qui se committit homini tutandum [improbo], 3 columbae cum semper fugerent = columbae saepe cum fugissent [mŭuum], 6 et genus incertum decepit hoc modo = et genus inerme tali decepit dolo, 8 cur me non eligitis pacto foederis regem? = quam regem me creatis icto foedere, 12 et ad imperium saevis unguibus exercere = et exercere imperium saevis unguibus, 13 una ex reliquis. sic merito agitur = [tunc] de relicuis una: »merito plectimur»; a 28. 5 p. XXXV illa negabat se non esse ream = negabat illa se esse culpae proximam; a 15. 3 p. XXXVI corvus cum de fenestra raptat caseum = cum de fenestra corvus raptum caseum, ib. 5 vulpis hunc cum fuisset intuita sic alloqui coepit = vulp*es* hunc vidit, dein*de* sic coepit loqui, 6 o quis tuarum corve pennarum

vigor est = o qui tuarum corve pennarum est nitor, 8 si vocem haberes latiorem. nulla avium prior adesset tibi = si vocem haberes nulla prior ales foret, 11 dolosa vulpis avide dentibus rapuit = dolosa vulpes avidis rapuit dentibus; a 2. 4 p. XXXVII quem ut extrahere celerius potuissent = id ut comesse extractum possent facilius; a 31. 1 p. XXXVIII qui consilia adversa sapientibus sumministrant = consilia qui dant prava cautis hominibus, ib. 2 et non solum quod operantur perdunt verum ab eis turpiter deridentur = et perdunt operam et deridentur turpiter, 4 ne rapiantur a crocodillis = a corcodrillis ne rapiantur [traditum est], 5 rapidius igitur currens ex nilo cum bibere coepisset canis = igitur cum currens bibere coepisset canis. — a 4. 2 p. 2 petiit ranae auxilium. illa posteriori cruri suo = auxilium petiit ranae. quae crûri suo, ib. 4 et natantes venerunt in medio amnem = [*una*] natantes medium in amnem venerant, ib. 5 mutata fide submersit se rana = [*cum*] se submersit rana mutata fide, ib. 7 quo mortuo surgiens cum fluctuaretur = qui [*post*] cum surgens fluctuaret mortuus, 8 conspexit praedam miluus volans = praedam volans conspexit [*illam*] miluus, 9 mure rapto comitemque ranam abstulit = comitemque mure rapto ranam [*ipsam*] abstulit, 11 experto simul exitu ipsu consumpta est = experta exitium [*et*] ipsa, consumpta est simul; a 6. 1 p. 4 gallus dum cum alio gallo sepius intenderet pugnam = gallus dum gallo pugnam intendit saepius, ib. 2 requirit accipitrem sibi vindicem = [*ultro*] requirit vindicem accipitrem sibi, 5 cum venissent ante iudicem ut causam suam exponerent · accipiter = accipiter, cum venissent causam exponere, 6 ipsum comprendit qui eius primo petierat forum = ipsum comprendit qui forum eius petierat, 7—9 cui accipiter dixit · non tu credas ex meis unguibus hodie liberari · quia quod tu alio intendere voluisti · equum est ut ipse sustineas = accipiter: »[*posse*] ne unguibus credas meis [*te*] liberari, quia, quod voluisti alteri intendere, aequum est ipse ut sustineas [*malum*], 12 qui aliorum necem tractant = [*haec in malos*] qui tractant aliorum necem, 13 et de ipsorum quid agatur ignorant = ignorant [*vice*] de ipsorum quid agatur [*pari*]; a 8. 7 p. 6 simia invenit eum taliter inquinatum = *id* sic invenit inquinatum simius, ib. 8 et ait · qui talibus se calcari permittunt = »qui tali se calcare permittunt» ait, 9 talia sustinere merentur = tales merentur sustinere [*iniurias*]; a 13 1 sq. p. 8 hospitio quondam mus urbanus exceptus est rustici et humili glan-

de caenavit. causam = hospitio quondam mus urbanus rustici | exceptus humili glande cenavit casa, ib. 4 cellamque intravit plurimo refertam cibo = refertam intravit plurimo cellam cibo, 12 cellararius quae voluit sustulit = quae voluit [*inde*] sustulit cellarius, 20 me glans securam pascat et liberam = me [*ruri*] pascat glans securum et liberum; a 17. 1 p. 10 asinus cotidie videbat catellum blandiri dominum et de mensa saturari et a familia illi largiri plura = asinus catellum domino blandiri [suo] | videbat et de mensa saturari [*datis*] | cotidie, largiri plura et familiam, ib. 5 sic diligit dominus meus et familia = [*hunc*] diligit sic dominus meus et familia, 9 melior sum catello. meliori vita frui = meliore, [*quod*] sum melior, [*me*] vita frui, 11 cum haec asinus cogitaret videt dominum introire. cui occurrit velocius = cum cogitaret asinus haec [secum], videt | dominum introire. occurrit cui velocius, 13 et clamans prosilivit et ambos pedes super humeros domini sui imposuit cumque lingua linguens = clamans prosiluit, ambos imposuit pedes | humeris [*priores*], lingua eum lingens [linit], 16 dominum suo fatigat pondere = dominum fatigat pondere [*incumbens*] suo, 20 p. 12 membris costisque confractis abiţiunt ad praesepia lassum atque semivivum = membris costisque fractis ad praesepia | lassum atque semivivum [*postremo*] abiciunt, 22 nequis indignus ingerat ut melioris officium faciat = meliori indignus nequis officium ingerat; a 18. 14 p. 14 captus mugire coepit · mus ut audivit = captus rugire coepit. ut mus audiit, 17 non sum immemor beneficii tui = non immemor sum [*tanti*] beneficii tui, ib. 20 lustrare coepit. nervos secare = lustrare coepit. [*dentibus*] nervos seca*t*, 22 sic mus leonem captum liberum silvis restituit = silvis leonem sic restituit liberum, r III 16. 7 p. 16. esuriens autem venter clamabat ut ei cibum donaretur = esuriens venter clamat ut detur cibus, ib. 9 sq. sed ieiuno ventre membra omnia coeperunt lassescere. post haec iterum voluerunt afferre cibum = ieiuno ventre ut coepĕrunt lassescere, | adferre membra voluĕrunt iterum cibum, 11 sed recusavit venter quia iam clauserat venas = venter recusat, quia iam venas clauserat; w V 9. 3 p. 58 vulpem legitimis ut sedit thoros = vulpem [*precantem*], ut sedit legitimis toris, ib. 5 notamque ad praedam celerius silivit. superi gradu risere magnis erubuit pater = notamque ad praedam celeri prosiluit gradu. | superi risere, magnus erubuit pater, 9 quia digne. nostris meritis non potest esse = quia digna nostris esse

meritis non potes; r I 20. 1 p. 62 qui non audit bonum consilium. in se inveniet malum. ut haec approbat fabula = bonum consilium qui non aud*ier*it, malum | in sese inveniet, haec ut fab*el*la approbat, ib. 14 eiusque respuentes consilium contempserunt = consilium respuentes *et* contempsĕrunt, 13 omnes verba hirundinis deriserunt = [at] omnes derisere verba hirundinis, 15 ut hoc vidit hirundo, ad homines se transtulit = *quod illa* ut vidit, sese ad homines transtulit, 16 ut tuta esset sub tectis eorum = eorum ut [*semper*] tuta sub tectis f*or*et.

Sed haec hactenus. longum est enim talia omnia exscribere. et forsitan cuipiam videar fuisse in his longior. verum haec tam multa exempla attuli non modo quibus illustrarem quomodo in φ esset solutum metrum, sed etiam quo magis appareret quantum φ a Φ sermone deflexisset. nam φ a Φ provenisse apparet, seu totas fabulas sive singulos versus — ut proxime fecimus — φ et Φ comparaveris. namque et longe plurima verborum principalium in φ conservata esse inveniuntur et metrum pristinum facile revocatur et quasi sponte recurrit saepenumero, simul atque oratio est purgata et expleta. etenim genus φ sane est oratione saepe decurtata, saepe corrupta, saepe interpolata.

Durius enim profecto diasceuastes fabularum φ verba Phaedri contraxit atque etiam saepe mutilavit. qua re Phaedrum non modo fecit exilem, sed etiam — id quod est gravius — dissolutum et obscurum. quo quantam Phaedri verbis intulerit iniuriam satis elucebit si quas fabulas generis φ cum iisdem fabulis generis Φ comparaveris, quod pp. XXV—XXXVIII fecimus. quo factum est hoc opus nostrum fabulas φ recensendi saepe lubricum ac difficillimum, quod incerta sunt nimirum pleraque eorum quibus conatus sum truncam orationem fabularum φ resarcire. atqui, quamvis saepe non liceat meo supplemento deperdita verba ipsa restituere, tamen magnam rem me esse consecutum existimabo si videbor probabilem restituisse sententiam.

Ac rursus idem diasceuastes φ subinde orationem inepte dilatavit verba otiosa inserendo. quod ubi factum erat, ibi nostrum erat pro illa verbositate pressam Phaedri brevita-

tem restituere. quod quomodo se habeat exemplis illustrantes ordiemur ab eis fabulis quae extant etiam in *Φ*.

a 7. 7 (p. XXVIII) et quae volebat non potuit [vel extrema] tangere [dente]. a 9. 1 (p. XXIX) Numquam fidelis cum potente societas [sit copulanda], a 32. 11 (p. XXXIII) trivio contentus [et in] stercoribus educatus [quid tibi profuit has invenire divitias?] a 28. 6 (p. XXXV) iudex sedet simius [ut verum diceret] a : tunc iudex inter illos sedit simius P, a 15. 2 (p. XXXVI) ferunt pennas turpi penitentia [indiscretas] a : fere dat poenas turpi penitentia P, 8 si vocem haberes [latiorem], nulla avium prior [ad]esset [tibi] a : si vocem haberes nulla prior ales foret P, 17 Tunc demum corvus ingemuit [quia dolo esset] deceptus ut ignarus a : tunc demum ingemuit corvi deceptus stupor P, quemadmodum igitur in his fabulis, quarum non modo *φ* sed etiam *Φ* extat, hic egimus, ita consentaneum est ab illis quoque fabulis *φ*, quae non iam extant in *Φ*, aliena inepta otiosa secundaria additamenta excerni et expelli. ut a 8. 6 p. 6 [salivis vel] sordibus, a 13. 3 (p. 8) [perfecit] perduxit precibus post in urbem rusticum, 14 sq. at ille 'Vix possum' [valde] perterritus. Putasne veniet ille? [tantum ergo metuens ait.] a : ille sed perterritus | »Vix possum» ait »putasne rediturum virum?» *ego*, a 17. 7 (p. 10) qui [multo plus] melior sum quam canis [et] multis rebus [laudabilior et valde] utilis a : Qui cane sum melior, rebus multis utilis *ego*, 8 aqua sanctis fontibus [alor] cibus mihi mundus datur a : aqua sancti fontis cibus *et* mihi mundus datur *ego*, 22 (p. 12) nequis indignus ingerat [ut] melioris offitium [faciat] a : meliori indignus nequis officium ingerat *ego*, a 18. 22 (p. 14) Sic [mus] leonem [captum] liberum silvis restituit a : Silvis leonem sic restituit liberum *ego*, r III 16 (p. 16). 5 [eo quod sine ullo labore] cotidie replere[tur sedens] otio[sus] a : Cotidie repleri *segni* in otio *ego*, a 34. 10 (p. 18) et expiravit. media [pondere] collapsus via, 11 volucres [adveniéntes] ad praedam convolant dicentes, 13 non [iam] inmaturo nos interitu pasceres [tuo], a 35. 8 (p. 20) et ludis proximis [emissis] bestiis proicitur, 10 qui fuerat medic[in]atus [qui pridem fuerat], a 36. 2 (p. 20) venerunt [populi] cuncti ut spectacula cernerent, a 38. 9 (p. 24) lucem refugiens [atris] se condidit tenebris [noctis], a 39. 3 (p. 24) Supervenit luscinia et rogabat [illum] parcere [pullis] a : Supervenit luscinia rogat et parcere *ego*, 5 [et] quamvis [se] praecederet [animo] [tamen] metu [pavebat.] [denique] coacta [et dolore plena]

cantavit a : Cantat coacta, quamvis excideret metu *ego,* a 40. 6 (p. 28) Lupus in cubile [suo per tempus] ut menses [haberet quo] plures posset delitias fruere [maximam] congregaverat praedam, 15 [his verbis valde] irata vulpes, 19 [Serviam] tibi [et] tribuam quidquid volueris, 27 qui [aliis] nocet timeat, a 43. 12 (p. 32) Sero penitentes consilium [quem primo dudum habuerant] accusabant, a 44. 6 (p. 34) ramos et robora [omniaque quae vellet indubiose] coepit caedere, a 51. 5 (p. 34) [Duo] homines [unus] fallax et [alter] verax iter simul agebant ' [et cum ambularent] venerunt in provinciam simiarum, 10 [iussitque omnes] simias similes adstare . . . sicut viderat imperatorem aliquando, [taliter sibi adstare] fecit, 18 [Et quia] mendacio laudatus [est] cum turba sua, 27 et omnes hi similes tui simiae [semper] sunt, a 53. 4 (p. 38) respondit ' consuetudo nobis [est nam] escam in limo reperimus a : »quaerere escam» inquit »limo nobis sic consuevimus» *ego,* 5 et accipitris impetum [ad nos venientis] sic evadimus, 11 [Quae] dum cum illa [foras] in agrum exi[re]t, a 60. 1 (p. 42) Culex [dum forte in] cameli dorso morasset cum [omnibus] sarcinis a : Pulex erat cameli dorso in sarcinis *ego,* 4 Sed nec imposito te sentire [pondus potui] nec deposito [habere] levamen a : sed te nec prius impositum sensi nec te deposito levor *ego,* 6 Qui se superiori [absque ordine] [co]aequare nititur, a 65. 18 (p. 44) [quis] debet esse suspectus qui [aliquem] laesit [aliquando] a : qui laesit est suspectus merito *ego,* w I 5. 3 (p. 48) capella [cum esset recens] feta [ad] pastum vellens ire [in silva] w : Capella exire feta pastum dum parat *ego,* 5 ne alio aperiret [quod] clausum [super cum fecerat propter] quod . ., w III 2. 2 (p. 50) [hoc autem nobis] probat [brevis] Aesopi fabula, 10 ait frater [inquid] succurre, 14 iacuit [in terra] diu[tius], 16 intellexit caput et faciem [et] se [ipsum valde] l(a)esum, w V 2. 2 (p. 54) cum se ferarum regem fecisset [fortissimus] leo, 3 et aequ(it)atis famam consequi [more regum] vellet, 4 [renuntiavit] prioribus [actis] mutans consuetudinem w : a pristina deflexit consuetudine P, 5 [ullo pecus ledere] contentus sine sanguine cibum w : atque inter illas tenui contentus cibo P, 27 offeretur [ut] regi [erat iussum] et statim laniatus [ab eo], r I 19. 2 (p. 60) frustra veniam [delictorum] rogat qui in malitia perdurat r : frustra rogat perdurans veniam malitia *ego,* 3 Milvus iacebat pressus [pondere] gravis morbi r : Morbo iacebat miluus pressus gravi *ego,* r I 20. 1 (p. 62) Malum [est hoc venite] eruamus illud, 16 at quae respuerunt

monita [nolentes audire] consilium *r* : at quae respuerunt monita et consilium *ego,* r IV 6. 1 (p. 64) [Parentes vel amici] qui sibi non consentiunt [bene male] intereunt, 2 sq. Verveces [in] collectu [cum essent simul cum] arietibus, lanium inter se intrare [cognoscentes] dissimulaverunt [se videre] r : Vervecibus collectis sociati arietes inter se intrare lanium dissimulaverunt *ego,* 10 (p. 66) cum [et ipse similiter] se trahi videret [sic] dixisse lanio dicitur, 16 [capitinis impulsibus] quassatum confractumque non occidimus, IV 20. 4 (p. 68) me [quidem] unus.

Phaedri dictio etsi propinqua et cognata est sermoni — dico sermonem urbanum hominum elegantiorum — tamen est pressior et limatior sermone cottidiano. multo igitur parcius quam colloquentes solent utitur pronominibus. quae raro addidit praeter necessitatem. itaque Phaedrus I 2. 4 *iurgii causam intulit,* non .. *illi intulit* . de quo quod Havet ad h. l. in editione minore adnotavit : »En général toutes les fois que la phrase est suffisamment claire, le latin se dispense d'exprimer les pronoms», quamquam non ad universam latinitatem pertinet, certe de Phaedro vere dicitur . qui quod hac re multum discrepat a postrema latinitate, genus hoc fabularum φ pronomina saepe praeter usum Phaedri ipsius habet addita . quae mihi removenda erant his locis. *tua* a 34. 18 (p. 18), *nobis* r IV 6. 2 (p. 64), *sibi* a 44. 2 (p. 32), 58. 1 (p. 42), *inter se* r IV 6. 7 (p. 66), *suus* a 6. 5 (p. 4), a 13. 21 (p. 8), a 40. 6 (p. 28), a 43. 5 (p. 42)[1]; *is* a 8. 4 (p. 6), r III 16. 7, 8 (p. 16), a 39. 7 (p. 24), a 40. 10 (p. 28), a 53. 3 (p. 38), r I 20. 14 (p. 62), w V 2. 22, 27 (p. 54) cf. p. LXXXIII; *ille* a 65. 6, 8, 9 (p. 44), w III 2. 1 (p. 50), r IV 6. 17 (p. 66), a 43. 7 (p. 32); *ipse* a 3. 8 (p. 32), r IV 6. 10 (p. 66), r IV 20. 1 (p. 68); *hoc* w III 2. 2 (p. 50), a 40. 8 (p. 28), r I 20. 4, 10 (p. 62); *quis* .. *aliquem* .. *aliquando* a 68. 18 (p. 44), *aliquem* w V 2. 22 (p. 54), *quem* r IV 20. 3 (p. 65);

[1] Verum tamen Phaedrus pronomen quod est *suus* interdum ponit ad versum concludendum, ubi neque ad intellegentiam neque ad pondus eo addito opus esse videatur. ut Φ I 25. (24). 4 in fine versus ... *natos suos,* ubi *natos* dicere sententiae satis fuit; item Φ II pr 6 ... *propositum suum,* Φ II 5 . 8 .. *villam* .. *suam,* III pr 56 .. *auctores suos,* IV 22. 24 .. *tabulam suam.* quod imitatus scripsi fab. VI (a 17. 1) p. 11 *domino blandiri suo* et IX 15 (a 35. 15) p. 21 *Parentibus* ... *suis.*

quemque a 26. 1 (p. XXV); *alio* a 6. 1 (p. 4); *tali* a 22. 14 (p. XXXIV). — etiam verborum agendi aut patiendi (*τῶν ῥημάτων*) est in φ nonnumquam redundantia, cum sunt plura pro singulis, ut *pervenire potuisses* a 26. 16 i. e. pervenisses (aliter Φ 1 3. 16 P), *contingere valuissent* a 2. 6 : *contingerent* Φ I 20. 6 P, *decurrens venit* a 3. 8 : *decurrit* Φ I 1. 8 P., [ait . .] *inquid* w III 2. 10 (p. 50), *tradere vult* a 43. 14 (p. 32) = tradit vel tradidit, [*perfecit*] *perduxit* a 13. 3 (p. 8), *ingerat* [ut] officium [faciat] a 17. 22 (p. 12). — de particularum redundantia v. cap. III p. LXXXIII.

Quoniam igitur et de omissis et de additis in φ verbis diximus, restat ut de mutatis pauca dicamus. quae mutandi ea causa fuit imprimis quod is qui syllogen φ confecit sibi aliisque intellegentiam sequebatur. ac primum si quid ipse non intellegebat mutabat audacter, hoc dissimilis bono librario. cuius rei mira reperiuntur exempla. talia sunt a 57. 3 (p. XXXI), a 32. 4 (p. XXXIII) et *violatus manens* (*et* violarat *quia* manes *deos* P), a 22. 7 (p. XXXIV) *Cur sollicitum non eligitis unum qui vos defendat* (*quare sollicitum potius* (a)evum ducitis P), 12 *et ad imperium s(a)evis unguibus exercere* (*et exercere imperium s(a)evis unguibus* P), a 15. 8 (p. XXXVI) *si vocem haberes latiorem ... ille dum vult ostendere vocem latiorem emisit caseum* (*si vocem haberes ... at ille dum etiam vocem vult ostendere* lato ore *emisit caseum* HAVET duce D), a 31. 6 (p. XXXVIII) *quod libet labio tuo* (quam*libet* lambe otio P); — IV (a 13). : 2 (p. 8) *humili glande cenavit causam* (*humili glande cenavit* casa scripsi vestigia secutus codicis w), IX (a 35). 14 (p. 20) *leoni iussit parci et mansuetum pastorem dimitti parentibus* (*Parci leoni iussit* mansueto et *simul Parentibus pastorem dimitti suis* scripsi), X (a 36). 5 (p. 20) *Parvus tibi factus sum iudicio tuo* (*Tibi* par ex parvo *factus iudicio tuo* scripsi), ibid. 10 (p. 22) *et ineptae matheriae non fuisset gloriatio* (materia *ineptae* nec *fuisset* gloriae HERAEUS), XIII (a 39). 1 (p. 24) *in nidum lusciniae . . accipiter . . parvos in illo invenit pullos* (*Nido lusciniae parvos accipiter . . pullos invenit* scripsi, cf. commentar.), ib. 5 *et quamvis se praecederet* [animo tamen] *metu* [*pavebat*] (*quamvis* exciderat *metu* scripsi), ib. 11 *acceptore contracto visco in terram deiecit* (*accipitrem* tactum *visco*

in terram deiicit scripsi), XIV (a 40). 10 (p. 28) *recte non vidi te* (rectene tibi? *non vidi te* scripsi), ib. 14 *scio te fraudem petere* (*scio* fraude meă *te petere* scripsi [. . *me petere* F]), XV (a 43). 4 (p. 32) *ut dederent se ipsis custodibus suis* (*ut* ⟨*canes sibi*⟩ *dederent* ⟨*oves orbantes*⟩ ipsae *se custodibus* scripsi), ib. 14 *qui auxilio tradere se vult alio* (*Auxilio qui se* ⟨*nudans*⟩ *aliis tradidit* scripsi), XVI (a 44) 5 (p. 32) *manubrium aptata secure* (. . aptatum securi scripsi), XVIII (a 53). 13 (p. 40) *et comprehensum anserem unguibus devoravit* (*Et unguibus comprensum* fert praedam *anserem* scripsi, cf. adnot. crit.), XXI (a 65). 4 (p. 44) *factus est pauperior et* (pauper ille ut ⟨*dives*⟩ *factus est* scripsi), ib. 18 sq. *et hoc* [est] *maxime nocendum* [cum amico] *in gratiam redire* (*hoc maxime* ⟨*prohibet*⟩ nocentem ⟨*mox*⟩ *redire in gratiam* scripsi), XXIV (w III, 2). 13 (p. 50) *velociter . . turbulentus* (veloci . . turbine scripsi), ib. 16 *intellexit caput et faciem* [*et*] se [*ipsum*] *valde lesum* (*faciemque et caput laesum se sensit* scripsi; scilicet diasceuastes non perspexerat vim accusativorum *faciem* et *caput*), XXV (w V 2). 6 (p. 54) *sancta et incorrupta iuravit servare fidem* (*sancta incorrupta* iura reddebat fide P), ib. 7 *posteaquam habere coepit* [de hanc re] *penitentiam* (*postquam* lavare (i. e. labare) *c(o)epit* p(a)enitentia P), ib. 10 *et os sibi putire narrabat* (rogare et . . os an puteret sibi scripsi), XXVI (w V 9). 2 (p. 58) *humanam speciem cum* [*se*] *vertisset Iupiter vulpem* (humanam in *speciem cum vertisset Iuppiter vulpem* scripsi), ib. 5 *celerius silivit superi gradu risere* (celeri *prosiluit* gradu. superi *risere* Burman); XXVII (r I 19). 11 (p. 60) *illi tunc sumet medicamenta de tuo crimine* (Illinc nunc sumes *medicamenta a crimine?* scripsi); XXIX (r IV 6). 18 (p. 66) *qui se in vita non tutaverit* (*Quicumque non sit se tutatus* tempore scripsi).

Haec omnia quamvis graviter corrupta sint, tamen, ut supra diximus et comparando *Φ* ipso demonstravimus, retinent plerumque quandam umbram et similitudinem verborum pristinorum, ut verba Phaedri sub sordibus interpolationis plerumque traluceant, atque ut possit revocari si non expressa eorum effigies at quaedam imago adumbrata.

De quo genere egimus proxime, id situm est in errore interpretandi. cui finitimi sunt errores legendi et scri-

bendi. ut a 26. 8 (p. XXVI) *imprudenti* (*impudenti* P), 9 *multatus* (*mulcatus* P), a 9. 11 (p. XXIX) *sua* (*sola* P), a 32. 11 (p. XXXIII) *contentus* (*conceptus* P), a 22. 4 (p. XXXIV) *mutassent* (*vitassent* P), 6 *incertum* (*inerme* P), a 15. 2 (p. XXXVI) *pennas* (*poenas* P), 6 *vigor* (*nitor* P), a 18. 14 (p. 14) *mugire* (*rugire* r, *rugere* w). cf. »Silviae Aquitanae» Peregrin. 57, 65, 66 rugitus et mugitus. a 38. 7 (p. 24) *decepta* (*detecta* ego conieci, idem post me TH. BIRT), a 65. 15 (p. 44) *gratam fidem* (*integram fidem* conieci), w III 2. 3 (p. 50) *parato* w^1 (*prato* w^2), 20 *melius* (*medicus*), w V 2. 20 (p. 54) *tantis venius* (*tentatis venis* scripsi : *tactis* v. POSTGATE), 16 *erit* w (*erubuit* r), 26 *rapuit* (*rapitur* iam POSTGATE), w V 9. 3 (p. 58) *thoros* (*toris* scripsi), r I 19. 11 (p. 60) *murem* E (*matrem* V), r I 20. 9 (p. 62) *fructicavit* (*fruticavit* LUCIANUS MUELLER).

Paraphrasis autem in genere φ rara est, nec, sicubi est, per universam fabulam pertinet, sed una alterave sententia continetur. cuius generis haec adnotavi. a 15. 12 (p. XXXVI) *Tunc demum corvus ingemuit quia dolo esset deceptus ut ignarus* (*tum demum ingemuit corvi deceptus stupor* P). — w V 2. 4, 5 (p. 54) *renuntiavit prioribus actis mutans consuetudinem, ullo pecus ledere contentus sine sanguine cibum* (*a pristina deflexit consuetudine. atque inter illas tenui contentus cibo* P). — r I 19. 5 (p. 60) *ut illa daret vota superis pro ipso* (*ut votis superos ambiat pro filio* scripsi). quae verba in r spuria esse arguit *dare vota* huic loco non aptum, quod est gratias agentis vel eius qui sit voti reus, non eius qui opem deos roget in ultimo tempore. — a 22. 13 (p. XXXIV) *sic merito agitur* (*merito plectimur* P). — a 3. 8 (p. XXX) *ad meum os* (*ad meos haustus* P). — a 32. 6 (p. XXXIII) *per quas sacrilegii lueret poenas* (*poenas ut sanctae Religioni penderet* P); ubi poetica et exquisitior dictio conversa est in communem et pedestrem. magna vero molestia liberati sumus quod in φ paraphrasis rara est. nam paraphrasis verba non esse Phaedri ipsius arguit metri repugnantia, sed, si Φ deest, vera ac principalia nisi casu non recuperes.

Restat ut de latinitate novicia Phaedro soluto aspersa disputemus. ad quam rem antequam transeo, summam eorum quae de generis φ proprietatibus exposuimus breviter complectamur.

primum igitur, quod ad metrum solutum attinet, nullum metri solvendi consilium generi φ vel Phaedro soluto subesse, cumque mutatum erat aliquid orationis, sponte ac necessario secutam esse metri solutionem videbamus. etenim quamvis levi mutatione verborum metrum saepius corruit. ut in fabula de canibus famelicis v. 3 (supra p. xxxvii) *corium depressum in fluvio viderunt canes* Φ I 20 salvo metro: *corium depressum in flumine viderunt canes* a 2 soluto metro. nam discrepantiae generum Φ et φ hoc maxime continentur, quod Φ verba Phaedri descripta habet diligentius, quo factum est ut cum verbis Phaedri ipsum quoque metrum Phaedri conservaretur; φ autem verba veteris poetae retractavit quodammodo, sive varietatem sequebatur sive quo facilius legerentur atque intellegerentur ab hominibus serae illius, qua diasceuastes φ fuit, aetatis. hinc magna illa ruina metri Phaedriani.

truncando vero et contrahendo fabulae φ magnas iniurias passae sunt locis plurimis. quas lacunas dum conamur explere, quia certa consequi non licet, necesse erit in quadam probabilitate consistere. ac magis etiam quam in archetypo posterioribus recensionibus vis illa grassata est. maxime vero detruncatae sunt fabulae in a, minus in r, in medio quodam inter a et r gradu liber w positus est. quare r et w deficientia libro a saepe suppeditant.

at ceteroquin φ multo minus quam π distat a Phaedro. nam diasceuastae generis π (qui fuerunt ille qui Aesopum scripsit ad Rufum et Romulus, — illum **R** maiuscula, hunc **r** minuscula littera denoto, — quorum ille collectione φ, hic φ et R et eodem quo Dositheus Aesopo usus est [1]), dum alienas copias pro suis venditant, nam R Phaedri fabulas, r fabulas R vult haberi suas, fabulas penitus refinxerunt. quo factum est, si quid de φ in π translatum erat, ut id vasta mole sermonis diasceuastae obrueretur nec saepe φ in π non magis retractaretur quam ut versus Phaedriani inde possent recuperari. at diasceuastes φ verba Phaedri mutavit non ut

[1] R et r plus usos esse genere φ quam genere Φ, quamquam fortasse etiam genere Φ, Comm. I demonstravi (ubi tamen ad φ significandum littera maiuscula *H* usus sum).

mutaret — neque enim ludebat ingenio nec scribebat paraphrasin — sed illas ob causas quas indicavimus proxime. itaque, commoditati aequalium consulens, pressam Phaedri elocutionem laxavit ac dilatavit quodammodo (cf. ea quae modo p. XLVIII-LI attulimus). ac saepe inquinavit orationem corruptelis, quae tamen non tam a prurigine interpolandi quam ab errore vel legendi vel interpretandi ortae sunt (v. supra p. LIII). cuius tamen ipsius rei tenebat quendam modum, et sequebatur quandam similitudinem litterarum traditarum. quamobrem quid in Φ fuerit quasi per nebulam potest saepius dispici. dictione igitur φ et π multum differunt. in π verba Phaedri si qua sunt vix apparent; in φ manent plurima. quibus diasceuastes tamen aliquid sui sermonis aspersit. haec igitur in φ duo genera verborum locutionum significationum constructionum discernenda sunt: unum Phaedrianorum, quae sunt plurima, alterum noviciorum, quod genus diasceuastes illis large inspersit. quae ipsa diligentius examinanda sunt scilicet, si quis rite harum fabularum rem criticam exerciturus est. ac primum quaeritur cuius sint aetatis. cui coniuncta et cognata est illa quaestio quando haec recensio φ nata sit.

et quoniam genus fabularum φ libris a w r traditum est, huic quaestioni de sermone diasceuastae φ coniuncta aut certe finitima est quaestio generalis de sermone librorum a w r. sed illam tantam quaestionem persequi est de latinitate universarum fabularum prosariarum quae libris a w r continentur disputantis et scribentis magnum librum, quod hic nobis nec licet nec propositum est. quoniam igitur de quibusdam generis φ fabulis hoc libro quaerimus, etiam hoc loco in his potissimum versabimur. de latinitate igitur diasceuastae earum fabularum, quas hoc libro Phaedro vindicamus, proximo capite quaeremus.

CAP. III. DE SERMONE DIASCEUASTAE φ.

Notabiliora igitur latinitatis diasceuastae harum de quibus quaerimus fabularum commemorantes quam brevissime — neque enim historiam eorum verborum locutionum constructionum

explicare his paucis ad hoc concessis licet paginis — cum similibus quorundam eiusdem aetatis scriptorum exemplis selectis comparabimus. quam ad comparationem haec praecipue scripta adhibebimus. quorum paginae (aut capita) secundum has editiones indicabuntur:

Apollonii = Historia Apollonii regis Tyri. it. rec. A. Riese. Lipsiae 1893.

Eugippius = Eugippii Vita S. Severini. rec. H. Sauppe. Berolini 1877.

Greg. Tur. = Gregorii Turonensis opera. edd. W. Arndt et Br. Krusch. Hannoverae 1884.

Inc. de Const. et Helena = Incerti auctoris de Constantino eiusque matre Helena. ed. E. Heydenreich. Lipsiae 1879.

Iordanes = Iordanis Romana et Getica. rec. Th. Mommsen. Berolini 1882.

Peregrin. = »Silviae Aquitanae» Peregrinatio in loca sancta. ed. it. I. F. Gamurrini. Romae 1888. paginae sunt codicis Arretini.

Ps-Hieron. hom. = Ps-Hieronymi homilia ad monachos. ed. Migne, patrol. XXX. Parisiis 1846.

Salvianus = Salviani Presbyteri Massiliensis libri qui supersunt. rec. C. Halm. Berolini 1877.

Vict. Vit. = Victoris Vitensis historia persecutionis Africanae. rec. M. Petschenig. Vindobonae 1881.

Quibus cum libris ea quae sermo Phaedri soluti (φ) a Phaedro non soluto (Φ) discrepat sive scriptione comparamus sive declinatione sive constructione verborum, videmus hoc genus Phaedri soluti, de quo nunc quaerimus, eadem fere aetate qua scripti sunt hi libri, quos enumeravimus proxime, id est saeculo nostrae aerae quinto sextove, extitisse. quas singulas sermonis similitudines comparantes nunc consideremus.

SCRIPTIO.

E pro AE. a 6. 1 (p. 4) *sepius*, w V 2. 5 (p. 54) *ledere*, 10 *querunt*, w V 9. 5 (p. 58) *predam*, a 44. 6 (p. 34) *cedere* = caedere, a 43. 6 (p. 32) *eternum*, a 51. 11 (p. 34) *leva* = laeva, a 43. 12 (p. 32) *penitentes*, w V 2. 7 (p. 54) *penitentiam*. — Peregrinationis

p. 31 cod. Arret. *estimare,* 35 *que* = quae, 36 *quedam* et *quecunque* (quod editores GAMURRINI et GEYER prave correxerunt); Victor Vitensis III. 24 Emilius; Gregorius Turonensis passim *que* = quae, *inlesum, sepe* = saepe, *pene* = paene, *cecitatem, charte* = -ae, *summe* = -ae ceteraque eius modi.

AE pro E w III 2. 3 (p. 50) *aequum* = equum, a 13. 2 (p. 8) *caenavit,* r IV 6. 7 (p. 66) *incautae* B = incaute S, w I 5. 8 (p. 48) *vocae* = vocem. — Iordanes 41. 23 *spraeto;* Peregrin. cod. Arr. p. 32 *aecclesia;* Greg. Tur. 88. 12 *aecclesiae,* 70. 8 *assiduae* = -e, 62 4 *compraehendi, insignae* = -e, 134. 12 *caena,* 65. 10 *famamquae* = famamque, Iordanes 11. 10 *aequis* = equis, 24. 24 *aeques* = eques.

E pro Ĭ. w V 2. 27 (p. 54) *offeretur* = offerĕtur = offerĭtur (ie. offertur), w III 2. 14 (p. 50) *cadet* = cadit, a 2. 1 (p. XXXVII) *possent* = possint, a 39. 10 (p. 26) *deiecit* = deiĕcit = deiicit. — Greg. Tur. 105. 13 *perducetur,* = perducĕtur = perducitur, 250 . 10 *congerete* = congerite, 93. 12 *anget* = angit, 76. 20 *proteret* = -it, Peregrin. cod. Arr. p. 57 (paginas Arretini codicis nomino) *descendet . . dicet . . prendet . . accedet . . leget* = descendit . . dicit. . prendit . . accedit . . legit; — Greg. Tur. 214. 4 *eregere* = erigere, 164. 15 *deieciunt* = deiiciunt, 213. 13 *deiecerent.*

I pro Ĕ. a 8. 1 (p. 6) *spiculum* = speculum., w II 7 *casium* = caseum. — Greg. Tur. 155. 14 *perintum,* 214. 8 *aduixus* = adnexus, 580. 11 *antestis* = antistes, 527. 9 *possit* = posset.

E pro Ī a 7. 4 (p. XXVIII) *ferre* = ferri, a 43. 14 (p. 32) *invenire* = inveniri. — Greg. Tur. 276. 3 *invenire* = inveniri, 31. 5 *repperire* = reperiri, 222. 18 *implere* = impleri, 213. 24 *dare* = dari, 227. 11 *exhibere* = -ri, 209. 7 *arcessire* = arcessiri, 97. 5 *infirmitate* = -i.

I pro Ē. w III 2. 20 (p. 50) *accidere* = accedere. — Greg. Tur. 88. 22 *concidere* = concedere, 122. 8 *acciperunt* = acceperunt.

O pro V. a 64 *incolome,* quod item Peregrin., Greg., Vict. Vit.; Greg. Tur. 48. 6, 223. 16 *consolibus.* — a 28. 4 (p. XXXV) *forti* a PR = furti r. — Iordanes 18. 1 *forculas* = furculas, 34. 7 *luxoriae,* 46. 18 *suborbana* = surburbana; Greg. 45. 23 *luxoriosus,* 223. 17 *purpora,* 283. 18 *proina,* 98. 4 *tellore* = tellure.

O pro VM. a 44. 4 (p. 32) *oleastro* iusserunt = oleastrum iusserunt, a 4. 4 (p. 2) *medio* = medium, a 22. 5 (p. XXXIV) *consilio*

vertit = consilium vertit. — Iordanes 34. 29 *Pathmo* eum insulam relegavit, 46. 14 ad *postremo*, 47. 13 ante *quarto* mense = ante quartum m.; Victor Vit. III 44 in *gaudio* conversus = in gaudium. cf. casus permutatos.

VM pro O. a 17. 1 (p. 10) blandiri *dominum* aw^2 B = blandiri *domino* w^1, w V 2. 5 (p. 54) contentus . . *cibum* = contentus *cibo* P. cf. casus permutatos.

F pro PH. a 37. 1 et 9 (p. 22) *faleris*. — Greg. Tur. 56. 9 *falanga*, 60. 35 *falangae*.

H omissa w V 2. 17 (p. 54) *aves* = habens. — Peregrin. 35 *abitationibus*.

H redundanter posita. w V 5 *honerant* = onerant, a 13. 6 (p. 8) *hostiis* = ostiis. — Peregrin. 32 et 33 *hostium* = ostium; Greg. Tur. 54. 15 *honos* = onus; Iordanes 21. 22 *hostium* = ostium, 17. 22, 56. 12 *hostia* = ostia.

a 36. 10 (p. 22) *matheriae*, w V 9. 3 (p. 58) *thoros*. — Apollonii XVIII p. 35. 7 *thoro;* Greg. Tur. 257. 6 *marthiris*.

M postrema omissa. a 32. 7 (p. XXXIII) *copia* = copiam, a 9. 9 (p. XXIX) *tertia* = tertiam, a 4. 4 (p. 2) *medio* = medium. — Peregrin. 35 *per valle illa media;* at paulo post scriptum est ibidem *per ipsam totam vallem*. cf. casus permutatos.

TI et CI permutata.

TI pro CI. a 13. 18 (p. 8) *delitias*, a 17. 19 (p. 10) *fatiunt*, 21 (p. 12) *abitiunt*, 22 *offitium fatiat*, w V 2. 10 (p. 54) *fallatia*. — Greg. Tur. 56. 19 *offitium*, 79. 12 *mendatium*, 80. 13 *inditia*, 90. 6 *velotius*.

CI pro TI. r IV 7 *quociens*. — Greg. Tur. 46. 24 *Domiciani*, 87. 4 *saciaberis*, 122. 10 *servicium*, 328, 5 *praesencia*.

DECLINATIO.

Decl. nominum.

a 44 5 (p. 32) et 65. 5 (p. 45) *securĕ* = -i. — Greg. Tur. 105. 16 *securĕ* = securi . quod iam Apuleius M VIII 30 *securĕ* = -i.

a 17. 9 (p. 10) *meliori* (abl.) = -e, a 53. 16 (p. 40) *peiori* = -e, a 58. 9 (p. 42) *maiori* = -e . — Peregrin. 37 *forti-*

ori corpore . quod raro antiquiores . de quo NEUE-WAGENER II³ 266 sq.

permutatae positiones secundi et tertii ordinis:

w V 2. 27 (p. 54) ut *regi* erat iussum = . . regis . . . , w I 5. 8 (p. 48) *matri* w = matris r. — Greg. Tur. 132. 5 de rebus Sigivaldi *patri* eius = . . patris . . — cf. Greg. Tur. 432. 14 *culmis* = culmus; Eugippius XVI. 1 *diacones* = diaconos.

w V 9. 6 (p. 58) *magnis* = magnus, w V 7. 4 *cupidis* w^1 = cupidus w^2. — Lucifer 260. 5 H *firmes* (nom. pl.) = firmi, Idem 286. 2 *infirmes;* Spartianus, Hadr. 21. 3 *saevĕ* (BERNHARDY, PETER, *seve* B^2: *severa* B^1 P^1V); Ammianus XV 9. 6 *saevium* (GARDTHAUSEN: *saevum* V); Greg. 328. 7 *periuris* = -i, 336. 8 *periuribus.* mitto eandem varietatem sermonis antiquioris, quam afferre ad id quod quaerimus nihil pertinet.

Neutrum interiens nominum.

a 2. 3—4 (p. XXXVII) *corium . . quem* = corium . . quod, a 8. 1—2 (p. 6) *spiculum . . quem* = speculum . . quod, a 21 *tigillum. quem* = t. quod P, a 43. 112 (p. 32) *consilium quem* = c. quod, w V 5 ad *cubilem* . — Peregrin. 50 ad *illum palatium superiorem;* Iordanes 41. 11 *iuvenilem regnum,* 93. 7 *quemlibet mancipium;* Greg. Tur. 784. 16 *vasculo quem* . . , 512. 14 *argentum* . . *eumque* = . . idque (argentum) [plura Gregorii KRUSCH indice 947 a]; Peregrinationis 41 *cantici, qui scriptus est* = c. quod scriptum est; Vict. Vit. III 44 ad *cubilem,* III 33 *ingentem* sibi credens adesse *gaudium;* Incerti Passio VII monachor. 14 ad *navalem supplicium.*

w V 5 *cunctas* vastat illorum = cuncta . . (cf. SUCHIER A. L. L., III, 166). — Ps. Hieronymus hom. ad monachos 314 B *coniunctam* . . *unitam* = coniuncta . . unita.

Comparativus pro superlativo.

a 44. 3 (p. 32) de ligno quod esset omnium *firmius* = . . . firmissimum, a 51. 8 (cf. adn. p. 37) ipse qui *prior* esse videbatur = . . primus (vel princeps) . . . — Greg. Tur. 410. 2 hic ille qui *prior* erat exclamat = . . princeps (legationis) . . , 227. 9 Ecce quod *pulchrius* habebamus perdimus = . . quod pulcherrimum habebamus . . ; Iordanes 34. 34 omnium imperatorum *potior* = . . omnium imperatorum praestantissimus.

Declinatio pronominum.

qui = *quae* (femin.) a 38. 4 sq. (p. 24) superiorem *quem* (partem) primo vidisset ad *eam* se conferebat, a 22. 13 (p. XXXIV) sic merito agitur (nobiscum columbis). *qui* (= quae) nostrum spiritum tali credidimus. — Peregrin. 35 ad *quem* petram = ad quam p. (*quem* codicis Arretini retinendum est : *quam* falso GAMURRINI et GEYER); Iordanes 75. 15 spinae, *quem* (= quam), 78. 5 pars, *qui* (= quae); Greg. Tur. 612. 7 Guntethrudis quaedam . . *qui* (= quae) mox oblita virum et filios, Idem 610. 17 Maurusam *quendam* (= quandam) [plura Gregorii KRVSCH indice 947 b].

alio dat. sing. a 6. 10 (p. 4), a 43. 13 (p. 32), w I 5. 5 (p. 48). — item Itala Ps. Cyprianus Fulgentius Victor Vitensis (GEORGES Lexikon d. Wortf.) . cf. Greg. Tur. 839. 8 *alio* viro dativo casu, 240. 24 *altero* dativo casu; Iordanes 90. 7 *nullae* aetati.

quod et *quid* permutata. w II 7 sic multi *quid* viribus non possent sapientia explicant w^1 = sic multi quod viribus non possunt sapientia explicant w^2. — Greg. Tur. 238. 18 exenium *quid* accepiret indecabat = xenium quod . . .

Declinatio verborum.

Coniugationes permutatae.

Praetereo w III 2. 14 (p. 50) *cadet* = cadit, Peregrin. 43 *includet* = includit; Greg. Tur. 93. 12 *anget* = angit, 76. 20 *proteret* = -it. quae non tam est vocis quam scriptionis differentia. de qua re egimus p. LVII. at ubi non solum scriptionis sed etiam soni varietas est, ibi transitum in aliud genus esse censemus . cuius generis haec in φ adnotavi.

transitus in secundam coniugationem. w V 5 *trucidet* = trucidat. — Iordanes 9. 23 *vivent* = vivunt, 64. 3 *obstrepebit* = obstrepet; Ps. Hieronymus hom. ad mon. 314 B *disglutinemus* . . *dissecemus* = disglutinamus . . dissecamus. diversum est quod I littera coniunctivi pro A in Gallia subinde reperitur esse substituta; de quo GEYER, A. L. L. II 44.

transitus in quartam coniugationem. w V 5 *fugire* = fugĕre, w V 2. 10 (p. 54) *putire* = -ēre . — Hieronymus Maredsol. III. 2. 3. 21 *fugire;* Greg. Tur. 627. 15 *fugire,* 70. 12 *silire;* Iordanes *fugiret;* Vict. Vit. III 29 *confugivit* .

a 4. 9 (p. 2) *surgiens,* w V 2. 12 (p. 54) *laniebatur.* —

Peregrin. 40 *transiebatur;* Iordanes 46. 10 *fugierunt;* Greg. Tur. 365. 13 *egredieretur,* 815. 5 *carpiebamus,* 206, 23 *expetiunt;* Vict. Vit. I 26 *feriebatur* = feriabatur PETSCHENIG.

Addamus haec singula.

Fero w V 2. 27 (p. 54) *offerĕtur* = *offerĭtur* = offertur. — Greg. Tur. 835. 6 *offerĕs* = *offeris* = offers, 835. 22 *offerĭs* = offers, 316. 7 *proferis* = 800. 20 *proferes* = profers.

Memini. a 37. 12 (p. 22) *meminere* (infinitivus). — Greg. Tur. 234. 18 *meminire* (infinitivus), 58. 23 *memineat* (*meminiat* alii libri), 589. 9. *meminetur.* — Frg. Bob. G. K. L. VII 543. 23 »*meminere*, non meminisse».

Paenitet. a 43. 12 (p. 32) *penitentes* (*paenitens* iam Cic., Sall., Suet.), a 65. 12 (p. 44) *tu penitebis,* r I 14 *penitent,* ib. *corvus penituit.* — Salvianus G. D. V § 54 p. 65. 12 *paenitent* . — plura exempla dat GEORGES Wf. s. v . cf. etiam LÖFSTEDT Peregr. 46 et SALONIUS Vit. Patrum 258.

Volo. ab infinitivo velle profecta nova declinatio praesentis et imperfecti coniunctivi confusionem attulit. w I 5. 3 (p. 48) *vellens* (i. e. cum vellet); quod item Fredegarius 179. 15 aliisque locis (cf. indicem KRUSCHII). — w V 2. 25 (p. 54) *vellem* = *vellim* = velim, w II 4 *vellit* = velit. — Iordanes 82. 2 *vellit* = vellet: »dum lavat in flumine exindeque *vellit* aquam haurire», 131. 11 *vellit* = vellet; Greg. Tur. 552. 10 *velit* = vellet alior. libror., 674. 18 *vellit* = vellet, 103. 21 *velim* A 1 = *vellim* B 2 — 5 (cf. BONNET 435, P. GEYER A. L. L. II 47). item a *nolle nollens nollit:* Greg. Tur. 324. 5 *nollens;* Iordanes 53. 9 *nollit* = nolit.

Genera verbi.

intransitivum passive. a 40. 27 (p. 28) ne (*ipse*) *noceatur* = ne sibi noceatur. — Greg. Tur. 205. 1 a nemine *nocĕtus est,* 506. 19 nihil ab igne *nocitus.*

activum passive. a 6. 4 (p. 4) qui secum *exhiberet* = exhiberetur. — Greg. Tur. 595. 9 *sanaverit* = sanatus sit, 799. 14 *adprehendit* = adprehenditur, 633. 34 *contraxerunt* = contracti sunt; Iordanes 97. 19 *credere* = credi, 103. 5 *deferre* = deferri.

deponens passive. a 57. 5 b (p. XXXII) *insidiari* = insidiis opprimi, a 17. 3 (p. 10) a familia illi *largiri* plura, a 51. 20 (p. 34) *munerari* = donari, ib. 22 *munerabor* = donabor. —

Greg. Tur. 494. 32 *largiuntur* = dantur, 603. 11 *fuisse largitum* = esse datum (cf. Bonnet 406, 407); Hieronymus Maredsol. III. 2. 15. 26 *interpretari* passive; Iordanes 48. 9 *remuneratus* passive, Greg. Tur. 209. 22 *muneratus* (= *muneratos*) passive, 148. 14 *execraretur* passive; Vict. Vit. I 41 *iaculatus* = ictus sagitta.

deponens positionis noviciae. a 57. 6 (p. XXXII) *sustineri* = sustinere, a 8. 8 (p. 6) *calcari* = calcare, a 4. 9 (p. 2) *fluctuaretur* = fluctuaret. — Peregrin. 42 *optati sumus* = optavimus; Iordanes 135. 1 *degi* = degere, 44. 10 *exulari* = exulare (iam Hyginus et Lactantius). alia exempla Rönsch, Koffmane, Löfstedt Btr. 77.

activum pro deponenti .. a 40. 7 (p. 28) *fruere* = frui, a 60. 1 (p. 42) *morasset* = morata esset, r IV 6. 18 (p. 66) se *tutaverit* = se *tutatus sit.* — Querolus 50. 19 P *munerare* = munerari; Eugippius v. Sev. c. 30 § 4 *tutare* = tutari; Hist. Apollonii cap. XXII *scrutavi;* Greg. Tur. 321. 19 *tutaverat*, 60. 26 *ingrederent;* Iordanes 39. 32 *metassent* = metati essent, 121. 16 *remorasse* = remoratum esse, 72. 3 *frustrarunt,* 88. 16 *evagaret,* 111. 24 *suspicaret,* 114. 22 *demoliunt,* 46. 6 *largierat;* Greg. Tur. 100. 16 *commoraret,* 510. 20 *conspicasset,* 211. 8 *largire* = largiri, 529. 21 *minare* = minari; Peregrin. 43 *egredere* = egredi; Inc. de Const. et Hel. cap. XXIX 18. 30 H *lucrabimus;* Victor Vit. I 36 *lucraverunt.*

SIGNIFICATIONES.

Nomina.

exitus = mors. a 4. 13 (p. 2); Vict. Vit. I 27 et 37; Querolus 47. 1 Peiper. item *exitus* = supplicium ap. Greg. Tur., de qua re Bonnet 715[1])

ingenium = res callide excogitata et fabricata. a 18. 21 (p. 14) artis *ingenia* = arte nexos laqueos, w III 2. 8 (p. 50) mentem ad locum quaesivit contra *ingenium* = . . . contra dolum. — Greg. Tur. 556. 9 intellegens imperatoris *ingenium* = . . . dolum, 746. 49 cui *ingenium* artis non suppeditat. item Greg. Tur. 164. 9, 177. 15, 192. 44, 262. 3, cetera. — iam Tacitus h. III 28 *ingenium* = ingenii commentum, a. V 4 *ingeniorum* = commentorum.

ligatura = ligamen. a 18. 19 (p. 14) *ligaturas* = laqueorum ligamina. — Greg. Tur. 582. 10 *ligaturas* collo suspendit, 611. 22 dissolvebantur *ligaturae* nervorum, item 620. 3 confractis *ligaturis*.

maior substantivi vice fungens = praepositus (cf. THIERRY, Hist. des Mérov. I 239). a 51. 15 et 24 (p. 34 et 36) *maior* simia = simius simiis praepositus vel princeps simiorum. — Ps. Hieronymus 313 B nec de *maioris* sententia iudicet = . . praepositi . . , Hist. Apollonii X p. 17. 9 R, XXXIX p. 81. 19, XLVIII p. 106. 6 nuntiatur hoc illi *maiori* omnium sacerdotum; Salvianus G. D. V § 38—40 p. 62. 24, 33, 35 *maior* = patronus dives et potens pauperis clientis; Greg. Tur. 651. 3, 27 *maior* = 255. 3 *maior* domus (regiae) i. e praepositus domui regiae. — cf. *prior*, cuius mentionem p. LIX fecimus.

obsequium = officium salutantis colentis ministrantis. a 17. 6 (p. 10) si *obsequium* illi *fecero* = si officium salutantis et colentis illi fecero (tamquam cliens patrono); quod Phaedri aetate *officium* nominabatur. ut Horatius ep. I 17. 21 equus ut me portet, alat rex, *officium facio;* item Iuvenalis III. 126, II 132. quod post etiam *obsequium* dicebatur. ut Hieronymus ep. 111. 2 *obsequio;* Greg. Tur. 517. 33 pluvia eos a longe, quasi praebens *obsequium* prosequebatur = . . ministerium vel officium . .; item Salvianus, G. D. VI § 99 p. 83. 37 *obsequia* = ministeria, et in Itala *obsequium* = *λειτουργία* et *λατρεία* (RÖNSCH Semasiol. Btr. I 51). item V. P. (SALONIVS p. 382). quod ab antiquioribus *officium* dicitur. ut Manilius I 48 sacerdotes . . *officio* vinxere deum. cognata significatione Greg. Tur. 81. 7 *obsequium* = obsequiae. paullo aliter denique Idem 289. 26 pro caritatis *obsequio* = pro caritatis officio.

populi = homines. a 36. 2 (p. 20) *cuncti populi* = universus populus vel cuncta civitas (cf. adn. meam ad eum locum). Vict. Vit. II 18 (ecclesiam) ipsam Fausti refertam turbis innumerabilium *populorum* = . . hominum; Greg. Tur. 70. 5 convenientibus *populis* = . . hominibus, 102. 12 praesentibus *populis* = . . hominibus. cf. CRAMER A. L. L. VII 347 sqq. et 370.

provincia = terra vel regio. a 51. 6 (p. 34) per simiarum *provinciam*. item Victor Vitensis; cuius locos PETSCHENIG s. v. attulit.

diversus = varius. r IV 7. 1 aves *diversi* generis = aves

variae. — Iordanes 48. 18 agmini *diversarum* nationum = . . variarum; Vict. Vit. II 55, III 45, I 22 *diversae* calumniae = variae. c., I 44 *diversis* afflictionibus = vario cruciatu; Greg. Tur. 46. 13 *diversas* crudilitates = varias cr.

nimius = magnus. r IV 7. 6 *nimia* = magna, a 8. 2 (p. 6) *nimium* = multum. — item Peregrin. 33 *nimium* praecedebat = multum praecedebat;Vict. Vit. I 35, II 22; Inc. de Const. et Hel. 5. 5 H; Claudianus VII 96 B. — iam Plautus.

foetitus = foetidus. w V 2. 14 (p. 54) *foetitum* os. — cf. Greg. Tur. 303. 26 *maditus* = madidus, 211. 5 *rapitu* = rapido, de qua re Bonnet p. 160.

fidelis = pius. r I 19. 12 (p. 60) praesens dolor cogit te esse *fidelem*. — Salvianus G. D. III 7 p. 25. 16. — cf. Rönsch Itala p. 332.

mundus = purus, sanctus, *immundus* = impurus corde, impius. r I 19. 1 (p. 60) Nemo *immundus* debet tangere *munda* sacra. — Ev. Matth. 12. 43 *immundus* spiritus = *ἀκάθαρτον πνεῦμα*; Augustinus Conf. IX 7; Greg. Tur. 488. 24 *mundis* corde, 545. 31 *mundus* = pius, 517, 7 admonitus est aedituus templi ut *immundi* (i e. impii) ab his (ossibus sanctorum) arcerentur.

patiens = placidus. w III 2. 12 (p. 50) leo *patiens* accessit quasi fraudem desimulans. — Greg. Tur. 262. 21 *patienter* = sine ira, clementer: rex vero *patienter* propter episcopum mittit qui eum suo conspectui praesentarent.

positus = *ὄν*. r IV 6. 15 (p. 66) te in medio nostri *positum*. — Greg. Tur. 55. 27 vobiscum *positus* = *ὑμῖν συνών*, 622. 17 inter deserta *posito* = cum esset i. d.; Salvianus G. D. IV § 59 p. 48. 3 in religione *positi;* Vict. Vit. III 2 episcopis Carthagine *positis* = qui erant Carthagine, I 23 in exilio *positis* = exulibus.

Verba.

accipio = capio. a 51. 21 (p. 34) si iste sic *accepit* = hic si tanta cepit munera. — Mulom. Chironis 505 *accipe* cedri fructum modicum et murrae libram et vini sextaria X, haec contundes (quod exemplum cum aliis Löfstedt Peregr. 304 attulit).

adsum = sum. a 15. 8 (p. xxxvi) nulla avium prior *adesset* tibi = . . prior esset te. — Commodianus Instr. I 29. 12 vult te immortalem *adesse* = . . esse, II 8. 8, 28. 10, 35. 13, 37. 7, Apol. 34

et cetera (v. indicem Dombarti). plura aliunde hausta Rönsch, Sem. Btr. III 5 attulit.

agnoscere = cognoscere, comperire. a 40. 8 (p. 28) ut haec *agnovit* = . . cognovit. — Hist. Apollonii XVI p. 29. 10 R dum *agnosceres* = cum cognosceres, ibid. p. 29. 11 ex quo *agnovisti* veritatem = . . *cognovisti* . . ; item Greg. Tur. 692. 21; Eugippius XVI 6. ita . . celatum est ut . . non potuisset *agnosci* = . . cognosci; Eugippius XX 1 peremptos (esse) . . *agnoverat* = . . cognoverat.

defendere = sibi adserere. a 9. 11 (p. XXIX) sicque totam praedam sua improbitas *defendit* = . . sibi adseruit. — Vict. Vit. I 13 insulas maximas superbia consueta *defendit* = . . sibi adseruit.

dissimulare = neglegere. r I 20. 8 (p. 62) omnes *dissimulantes* (illam) riserunt = . . neglegentes . . . — Greg. Tur. 115. 2 *dissimulat* = neglegit, 259. 10 *dissimulavit* = neglexit, 185. 17 quod *dissimulantes* = quod (iussum) spernentes. — iam Apuleius, de quo Koziol 292.

effugare = fugare. a 26. 9 (p. XXVI) *effugant*que = Φ I 3. 9 *fugant*que. — Avienus IV 156 Holderi serpens *effugavit* incolas; Hieronymus ep. 18. 19 cum iniquitas fuerit *effugata;* Iordanes 49. 17 *effugatum*; Greg. Tur. 804. 5 corneorum arboreorum iumenta *effugare*.

habere cum obiecto positum verbi alicuius vice. a 60. 5 (p. 42) *habere levamen* = levari, w V 2. 7 (p. 54) coepit *habere paenitentiam* = coepit eum paenitere, ib. 17 *aves fraude* (i. e. *habens fraudem*) = fallens, decipiens, ib. 14 si foetitum *haberet os* = an os sibi foeteret. — Peregrin. 36 *habuerunt concupiscentiam* = concupiverunt; Hist. Apollonii V p. 8 R iuvenis *conturbatum habebat animum* = . . erat animo conturbato. alia exempla apud Salonium V. P. 389 sq.

immolare = missas agere. a 27 ubi *immolant* episcopi. — Vict. Vit. I 22 (Geisericus) terret praeceptis feralibus, ut nostri nullatenus respirarent neque usquam orandi aut *immolandi* concederetur locus.

intendere = oculos vel animum intendere. r IV 7. 15 ad eius opera *intendite*. — Greg. Tur. 150. 12 *intenderent* = attenti essent. quod iam Apuleius (Koziol 293) et Minucius Felix (Woelfflin A. L. L. VII 474).

narrare = loqui. w V 2. 10 (p. 54), r IV 7. 5. — Greg. Tur.

412. 16 haec *narrata* = his dictis. item Lucifer; de quo W. Hartel A. L. L. III 26. — sard. *narrere* G. Groeber A. L. L. IV 12. — eius rei initia quaedam inde ab summa antiquitate repetenda sunt.

possum = dignus vel idoneus sum. a 17. 9 sq. (p. 10) meliori vita frui *possum* = dignus sum qui meliore vita fruar. — Salvianus G. D. IV § 54 p. 47. 9 intellegemus si protectionem mereri *possumus*, G. D. VI § 20 p. 70 27 videamus si *potest* = . . an debeat, G. D. VII § 62 p. 95. 11 ita se res habet ut pati *posse* videatur = . . ut merita pati videatur, G. D. IV § 81 p. 52. 8 magna videlicet praerogativa de nomine christianitatis blandiri *possumus* = . . iure et merito blandimur, G. D. V § 38 p. 62. 17 et quidem mirari *possum* = est quod mirer; Ps. Hieronymus homil. in monachos 314 B M omnia quae possidet homo dare *potest* pro anima sua = . . merito dabit . .

possum positum vice futuri. a 32. 1 (p. xxxiii) perire *possunt* = peribunt, a 13. 17 (p. 8) *poteris* invenire = *invenies*. cuius rei Löfstedt Peregrin. 208 et alia et hoc dat exemplum de Passione Petri et Pauli 23 non times angelos tuos, illi autem me *poterunt* timere = . . timebunt.

possum paene exutum vi sua. a 26. 16 (p. xxvi) nec ad hanc pervenire *potuisses* miseriam = nec . . pervenisses . . — Vict. Vit. II 23 qui autem defuncto succedere *poterat* non ante ordinaretur = . . succederet . . , II 70 si . . ingenitus esset et filius, tunc magis diversa *posset esse* substantia. plura de Victore exempla dat Petschenig p. 172; de aliis scriptoribus Löfstedt l. q. d. — eodemque modo *velle* a 43. 13 (p. 32) tradere *vult* = tradit. de qua re Löfstedt Comm. Peregr. p. 207 sq.

prode esse = prodesse. w V 7. 7 nec ego *sum* tibi *prode* (w^1 : *prodes* w^2) = Φ III 12. 7 nec tibi *prodesse* (scil. possum). — Peregrin. 39 *prode* illis *est* = illis prodest. exempla de versionibus Bibliorum et de gromaticis Rönsch It. et Vulg. 468; propaginum per romanicas linguas diffusarum mentionem fecit Groeber A. L. L. IV, 450. cf. etiam Löfstedt Peregrin. 184 et Weihrich.

videri paene exutum vi sua atque otiosum. a 51. 8 (cf. p. 37) qui prior esse *videbatur* = qui prior erat, a 8. 5 (p. 6) nihil vero ei *visa est* contulisse = nihil vero ei contulit. — Peregrin. 33 quasi ex ipsius montis terra fructus capiant; tamen manibus suis elaborasse *videantur* = . . elaborarunt (alia exempla Löfstedt

Peregrin. 210 sq.); Vict. Vit. I 30 domino *videbatur* acceptus = domino erat acceptus, I 17 *visi sunt* supplicantes = supplicarunt, I 49 indutias *visa est* petisse = i. petiit.

praesumere = audere. a 18. 23 (p. 14) ne quis minimos laedere *praesumat*. de quo postremae latinitatis usu disputat Salonius V. P. 422.

Pronomina.

his qui (*quae*) = iis qui (quae). a 26. 12 (p. XXVI) Tunc quidam *ex his quos* (*quos* conieci : *qui* a[1] : *quem* a[2]) pridem despexerat = . . ex iis quos . . . — Salvianus G. D. III § 27 p. 29. 21 *ex his quae* = ex iis quae; Greg. Tur. 206. 16 *hi qui* = ii qui; Vict. Vit. I 22 in *his* regionibus *quae* = in iis regionibus quae. quod iam Cyprianus saepius, ut ep. XII 502. 9 H nequid ad curam desit *his quibus* ad gloriam nihil deest = . . iis quibus . . . itemque Lucifer, de quo Hartel A. L. L. III 22; et Hieronymus, de quo Goelzer p. 406.

ipse pronominis personalis vice ἐμφαντικώτερον ponitur. a 53. 6 (p. 38) sum accipitre *ipsa* fortior = ego viribus plus valeo accipitre. — Salvianus G. D. IV § 64 p. 48. 27 nec *ipse* abnego — nec ego abnego, G. D. VII § 7 p. 85. 11 *ipsos* = nos; ubi opponuntur contraria *illi* (barbari) et *ipsos* (nos Romanos); Greg. Tur. 713. 9 *ipse* est dominus = ille vero, ille profecto est dominus; Eugippius XI 5 aliis quod *ipse* esset negantibus = aliis *illum* esse negantibus.

ipse quasi articuli vice usurpatum. a 34. 5 (p. 18) asellus *ipse* = ὁ ὄνος. — Peregrin. 31 per vallem *ipsam* = διὰ τοῦ αὐλῶνος; Vict. Vit. II 18 *ipsam* Fausti = τὴν Φαύστου (scil. ecclesiam).

ille quasi articuli vice usurpatum. w II 4 *ille* garulus = ὁ κολοιός. — exempla aliorum scriptorum afferunt Rönsch, Woltersdorff, Löfstedt, Salonius.

iste = hic. w II 2. 16 . . *istis* bonis = his bonis, a 51. 17 *isti* (p. 34) = *hi* ibid. — Vict. Vit. I 21 *iste panis* = *hic panis* ibidem; Maredsol. 5. 3 qui non fecit *illa* et fecit *ista* = = . . illa . . haec. sed inde ab initio tertii saeculi *iste* et *hic* promiscua erant. cf. Schmalz Stil.[4] § 18 p. 621.

sibi = ei, illi, *suus* = eius, illius. (cf. Geyer A. L. L. II 35—41 et Rönsch Semasiol. Btr. II 52). a 9. 11 (p. XXIX) Sicque totam praedam *sua* improbitas defendit = . . illius improbitas . . = im-

probus ille . . — Greg. Tur. 597. 13 haec medella genitorem *suum* liberavit = . . eius . . (cf. Bonnet 592); Hist. Apollonii XXXI p. 60. 13 R consuetudo est *sibi* = . . ei; Inc. de Const. et Hel. p. 4. 11 Heyd. *sibi* = ei; Iordanes 118. 8 *suam* voluntatem = eius v., Salvianus G. D. VII § 49 p. 92. 27 iustus est dominus et rectum iudicium *suum* = . . eius; Greg. Tur. 224. 8 ut filio suo filiam *suam* expeteret = filio suo filiam illius . .

ac rursus *eum* et *illum* = se. a 51. 9 sq. (p. 34) interrogat quid de *illo* homines dicerent = . . de se, a 21 ranae regem petierunt. qui mores *earum* compesceret = . . mores suos . .; a 65. 9 (p. 44) antequam ab *illo* laceraretur = . . a se . . . — Iordanes 89. 13 *eorum* = suos, 69. 9 veritae ne *earum* proles rarisceret = . . sua proles; Vict. Vit. I 47 rex promittens eum divitiis cumulandum si voluntati *eius* auditum commodasset = . . voluntati suae . .; Peregrin. 39 Farao vidit quod filii Israel dimiserant *eum* = . . deseruisse se. de usu Gregorii Turonensis Bonnet 694—697.

aliquis = ullus vel quisquam. a 44. 10 (p. 34) *ne aliqua* = ne qua, r III 16. 2 (p. 16) *nemo aliquid* sine suis valet = nemo quidquam . . . — Peregrin. 49 *ne aliquis* = ne quis; Greg. Tur. 85. 26 neque . . neque . . *aliquid*, 67. 7 *nec* esset intervallum *aliquod*, in quo ab oratione cessaret; Inc. de Const. et Hel. 16. 30 Heyd. *nec aliqua* = nec ulla; Ps. Hieronymus hom. ad mon. 318 A *nec aliquando* = nec umquam.

ac rursus *ullus* = aliquis, *umquam* = aliquando. a 37. 11 (p. 22) felices qui *ullum* despiciunt = . . aliquem . . . — Greg. Tur. 116. 21. vellim *umquam* . . . . oculis cernere = . . aliquando . . cernere.

Particulae. a. Adverbia.

econtra = contra. a 53. 15 (p. 40) cui anser *econtra*, a 21, r I 14. — item Aurelius Victor, Hieronymus, Sidonius, Dracontius, Fortunatianus.

exinde = inde. a 26. 4 (p. XXV) gragulus . . pennas pavonum . . sustulit seque *exinde* ornavit = . . iis ornavit. exempla aliorum scriptorum dat Salonius V. P. 213.

fortiter = graviter. a 16 suspirans *fortiter*. — Greg. Tur. 543. 24 iussit eum *fortiter* caedi. cf. Woelfflin A. L. L. I 95, Löfstedt Btr. p. 100.

magis = plus a 9. 9 (p. XXIX) *magis valeo* = plus valeo. —

Itala Matth. 27. 23 illi *magis* [περισσῶς] *clamabant* (Rönsch 342); Greg. Tur. 243. 9 si tu aliquid *magis* cernis, enarra. — sed iam Tacitus a. XV 16 sola misericordia *valebat*, et apud minores *magis*.

nimium = valde; v. s. v. *nimius* p. LXIV.

sicque = sic. a 9. 11 (p. XXIX) *sicque*, a: *sic* P. — cf. Woelfflin A. L. L. VII 606. Greg. Tur. 641. 17. *Sicque* cuncta quae pertulerat ore proprio enarravit.

et sic = deinde. a 30. 14 te quaeso ut antea nomen meum dicas, *et sic* me devorabis = . . deinde me devorabis. — Peregrin. 43 omnia quae consueveramus facere etiam et hic facta sunt; *et sic* cepimus (i. e. coepimus) egredere de ecclesia; Iordanes 97. 3 primum Epiros, dehinc Dalmatiam, *et sic* Venetiam radens palmula navigat = . . deinde Venetiam . . . ; Greg. Tur. 267. 21 vel licuisset prius causas inspicere, *et sic* de potestate nostra fuisset ablata haec anima = . . deinde . . . — *sic* = *re sic comparata* iam Nepos et Livius.

b. Praepositiones.

absque. a 60. 6 (p. 42) *absque* ordine. — Vict. Vit. II 14 *absque* solacio; Hieronymus Anecd. Mareds. III 2 420. 5 *absque* peccato, ep. 130. 17 *absque* notitia scripturarum.

[*a* causale cum rei nomine. r IV 6. 17 (p. 66) consumi *a malo*. quod iam Phaedrus III 7. 16 *a* catena collum detritum.]

ac rursus *a* praepositio agentis omissa. a 13. 6 (p. 8) hostiis *cellarario* repulsis = ostiis a cellario repulsis. — Greg. Tur. 171. 8 *daemone* arrepta = a daemone . .; Cassianus coll. 18. 15. 7 *dirissimo daemone* adreptus, Greg. Tur. 185. 21 *Annulfo quodam* collectus, 543. 37 quod eisdem *domino* impertitum est *creatore*, 564. 14 felix anima *Christo conditore* suscipitur, 689. 12 qui etiam *iudice* postea sunt dimissi, 691. 8 libellus *nescioquo* compositus = . . a nescioquo . .; Vict. Vit. I 8 sed et urbes quam plurimae *aut raris aut nullis habitatoribus* incoluntur. — cuius rei initia quaedam apud antiquiores reperiuntur. v. Draeger 1^2 § 229, Madvig § 254, 3, C. F. W. Mueller ad Off. I 139, Friedländer ad Iuvenal. I 13 et VII 64.

contra = in c. acc. r III 6. 3 B (p. 28 adn.) *contra* fortunatos livorem = in fortunatos liv. — Peregrin. 50 fecerunt aquae decursum *contra* ipso loco = . . in eum locum.

cum instrumentale. a 17. 14 (p. 10) *cum* lingua linguens. —

Ep. Alexandri ad Aristot. 201. 24 KUEBLER aves . . . pisces *cum* ungulis detrahebant; Iordanes 49. 4 qui *cum* sanguine Gothorum et interitu cupit sua scelera excusari; Greg. Tur. 96. 3 lapide . . *cum* vectibus . . repulso, 320. 6 *cum* lanceis latera feriunt, 335. 9 confractumque *cum* malleis ferreis in pulverem redegi, ib. 14 ampullam *cum* oleo plenam; Mulomed. Chir. 160. 9 et *cum* medicamento ungeto (et alia exempla de Mulomedicina dedit AHLQUIST de Mulom. Chir. p. 75).

in temporale. a 40. 10 (p. 28) *in* iis (diebus) = iis diebus, r IV 7. 1 *in* verno tempore = vere, verno tempore. — Peregrin. 32 *in* ea nocte, *in* ea die; Iordanes 47. 19 *in* die Sabbati; Greg. Tur. 363. 16 in novissimis temporibus, 510. 13 *in* una sollemnitatum, ib. 11 *in* die sollemnitatis, 592. 8 *in* Kalendis Iulii.

ad pro dativo. w V 5 dixit *ad* eosdem = dixit iisdem. — Hist. Apollonii VI p. 9. 6 R *ad* semet ipsum locutus est dicens. (diversum est autem illud Vergilii Aen. IX 5 *ad quem* sic roseo Thaumantias ore locuta est, i. e. *ad quem conversa* . . locuta est; quocum rursus confer Verg. Ecl. III 72 O quotiens et quae *nobis* Galatea locuta est!)

pro = propter. r IV 7. 6 *pro* nimia bonitate, ib. 16 *pro qua re* = quapropter; quod item Eugippius XIX 5 *pro qua re* = quapropter, itaque; Vict. Vit. III 4. 7 *pro hac re* = propter hanc rem; Passio VII monach. I 4 P *pro* miseratione = quasi miseratus; Iordanes 103. 22 susceptique a rege Theodoride nimis honorifice, . . non tamen *pro* generis nobilitate . . sed *pro* animi fortitudine; Greg. Tur. 207. 19. *pro* eo quod = propterea quod.

c. Coniunctiones.

autem, vi principali paene evanida, quasi copulativae particulae vice usurpatur. w III 2. 1, 2 (p. 50) Qui artem ignorant, illi se produnt. hoc *autem* nobis probat brevis Aesopi fabula, r IV 6. 4, 5 (p. 64 et 66) lanium . . dissimulaverunt se videre. *cum autem* (= et cum, itaque cum) cernerent unum ex se . . interfici, nec sic timuerunt. — Peregrin. 32 ipse ille medianus (mons) altior est omnibus . . hoc *autem* . ., postquam ibi perveni, ita esse manifeste cognovi (ubi *hoc autem* = et hoc vel quod). cf. *-que* . . *autem* Greg. Tur. 272. 19 impletum*que* est *autem* illud proverbium. — verum etiam in antiquiore latinitate *autem* adversativa vi vacat, ut nihil fere nisi transitum significet interdum; ut Ter. Hec. 817 quot com-

modas res attuli! quot *autem* ademi curas! Plautus, Most. 778 vehit hic clitellas, vehit hic *autem* alter senex, Mil. 1149 facile istuc quidemst, si et illa vult *et* ille *autem* cupit; ubi *autem* = etiam.

cur = quod. a 21 iratus ille qui fuerat datus *cur* esset illusus = iratus . . quod esset illusus. — Greg. Tur. 46. 3 commotus contra eos *cur* Christum filium dei praedicarent = commotus . . quod . . , 59. 9 ab eodem plerumque *cur* faciles res sequeretur arguebatur (cf. Bonnet p. 324), 95. 22 indignans *cur* fuerit eiectus, 264. 5 repotans eum *cur* hominem extraneum intromisisset = ei crimini dans quod . . , 586. 9 duplici taedii adfligor cruciatu . . maeroris *cur* tantae virtutes . . non sunt scriptae. — de qua re cf. Schmalz Synt[4] § 283 p. 517 et Löfstedt Comm. Peregrin. p. 324.

cum pro *dum*. a 13. 5 (p. 8) *cum perfruitur* = dum p. — Iordanes 42. 13; Greg. Tur. 85. 40 *cum*que *fertur;* Hist. Apoll. I p. 2. 5 *cum luctatur.*

dum pro *cum*. iam Φ, si codici P credimus: Φ I 4. 2 *dum ferret* Pr: *cum ferret* a w, quod item Scheffer Havet Postgate aliique scripserunt; etiam Φ II 10. 13 discordant libri: *cum . . mentitus foret* NV: *dum . . mentitus foret* PR. quas lectiones in Φ a prosariis fabulis irrepsisse crediderim. nam cetera huius generis de antiquiore latinitate ap. Draegerum II[2] 600 sq. et in thesauris s. v. sunt vel rara vel dubia. at postea *dum* ita ponebatur more sollemni cum universae latinitatis extremae tum fabularum φ. exempla sunt in propatulo . quae longum est enumerare.

eo quod = quod. a 51. 28 (p. 36) iubetur continuo lacerari dentibus et unguibus *eo quod* verum *dixisset* = quod verum dixerat. — Vict. Vit. II 5 gemere coepimus mussitantes, *eo quod* meditantibus dolis malorum *esset futura* persecutio.

non pro *ne* prohibentis. a 6. 9 (p. 4) *non* tu credas, a 65. 15 (p. 44) *non* credas, a 35. 3 (p. 20) *non* perturberis. — Ps. Hieronymus hom. ad monachos 313 D *non* appetas maiora viribus tuis; Hieronymus ep. 107. 11 domi filiam *non* relinquas, Idem ep. 117. 4 *non* tibi displiceat eius conversatio. (de Hieronymo cf. Goelzer 435); Vict. Vit. I 49 *non* subiaceant condicioni servili, III 23 *non* perdamus indumentum nostrae salutis; Greg. Tur. 68. 11 saltim vel hoc oraturium *non* cremetur, 151. 15 *non* incedamus super eos, ne peccemus in deum. qui usus particulae *non* solebat enuntiatis primariis contineri, in secundariis autem pro *ne* positum *ut non* invenitur; nec id modo ita ut apud antiquiores sed etiam liberius; ut Greg. Tur.

178. 12 metum non habuit *ut* ministrum dei *non* audiret (i. e. auderet) adripere. quatenus autem usu antiquioris latinitatis *non* cum coniunctivo voluntatis poni potuerit, v. Handii Tursell. IV 37 sqq. et 264 sqq, Reisig-Haase-Landgraf III³ p. 480 sq, Conington ad Verg. Aen. XII 78, Conington-Nettleship ad Persii I 5.

quam = prius quam, potius quam. a 2. 6 (p. XXXVII) pereunt quam quod petierant contingere valuissent. = . . prius quam . . — Iordanes 71. 9 eligens eum vincere *quam* locorum beneficio submovere; ubi *quam* = potius quam; item Salvianus G. D. V § 49 p. 64. 16 deus agnoscere nos nostra peccata vult *quam* sustinere.

quasi = utpote, quippe. a 14 Vulpis aquilam rogabat ut catulos suos sibi redderet. aquila contemnens (vulpem) *quasi* esset inferior = . . quippe (vulpes) erat inferior, w III 2. 12 (p. 50) *quasi* fraudem desimulans = scilicet fraudem dissimulans. — Vict. Vit. III 40 dum cum eis, *quasi* cum tali aetate, non blanditiis ageretur; Hist. Apollonii XXXII p. 64. 16 R malum pro bono, *quasi* pius, non excogitavit; Iordanes 124. 4 id accessit mirabile ut Marciano . . . in somnis divinitas adsistens arcum Attilae . . fractum ostenderet, *quasi* quod gens ipsa eo telo multum praesumat = . . quippe quo telo ea gens pugnet audacter, 138. 25 nec me quis in favorem gentis praedictae, *quasi* ex ipsa trahenti originem, aliqua addidisse credat = . . utpote ex ea trahentem originem . .; Greg. Tur. 362. 7 respondit *quasi* superbus = . . ut erat superbus, qua erat superbia.

-que redundans protasi apodosin adnectit. a 4. 9 (p. 2) cum in *Φ* fuisse videatur *comitemque, rapto mure, ranam ⟨ipsam⟩ abstulit, φ* verborum nexu soluto et turbato ordine sic scripsit: *mure rapto comitemque ranam abstulit.* qua re ut a Phaedro discessit, ita sermonem suae aetati accommodavit. sic enim Greg. Tur. 516. 20 nam vidi ego hominem qui graviter dentium dolore laborans, acceptam de hoc ligno particulam a sacerdote, statim, ut dentem attigit, dolorem*que* protenus caruit = . . ut (particula) dentem attigit, statim (homo) dolore caruit; Iordanes 42. 13 cumque votum suum nequivit explere . . facinus*que* cum Eugenio committit = cum votum nequiret explere . . facinus . . committit, 30. 20 XLII milia prosternens castra*que* succendit = XLII milia prosternens castra succendit, 68. 15 flumina in Caspium mare profundens Araxem Cysum et Cambisen continuato*que* iugo ad Ripheos usque in montes extenditur = flumina . . profundens . . continuato iugo . . extenditur.

quia cum verbo finito pro acc. c. infinitivo inde ab ineunte saeculo III ponebatur. itaque in φ Ademari (a) epimythium a *quia* incipit saepius, ubi videtur esse audiendum *fabula docet*. ut a 13. 21 (p. 8) *quia melius est* = fabula docet quia melius est = f. d. melius esse. item a 36. 11 (p. 22) et a 38. 10 (p. 24). iam in ipsa narratione r IV 7. 17 videte *quia* . . — Vict. Vit. I 49 cognoscit deus *quia* invitus facturus es hoc; Hist. Apollonii VI p. 8. 6 R scias *quia* . . Apollonius invenit solutionem, XXXI p. 60. 1 R puto *quia* mortuus est; Peregrin. 43 credite mihi *quia* columna ipsa iam non paret; Hieron. Maredsol. III. 2 5. 6 videtis *quia* cum Xo regnabimus, videtis, *quoniam* lignum hoc plantatum est in paradiso.

propter quod = propterea quod. w I 5. 5 (p. 48) *propter quod* *multae *ferae* ⟨veniant⟩ ad stabula. — Greg. Tur. 279. 24 quasi non sit gloriosus cum patre, *propter quod* eum adnuntiavit (cf. Bonnet 326. 1.)

si adiungit indirectam interrogationem. w V 2. 14 (p. 54) interrogat *si* foetitum haberet os, a 33 interrogat *si* esset altior. — Vict. Vit. II 39 quo possit agnosci *si* integram fidem teneatis; Greg. Tur. 772. 11 ignoro *si* . . , ib. 29 interrogarem *si* . . , 634. 7 interrogo *si* . . , 174. 8 sciscitatur si foedus custodiatis. cf. Rönsch It. 403, Goelzer Lat. de S. Jér. 430.

sed si = ita . . si. a 65. 16 (p. 44) Nam redeo tecum in gratiam, *sed si* obliviscar securis perfidiam = . . ita redibo . . si obliviscar . . — similiter *si tamen* Peregrin. 41 aquam . . potestis videre, *si tamen* volueritis laborem vobis imponere = aquam ita videbitis si laborem vobis imposueritis.

CASVS.

Numeri singularis accusativus dativus ablativus secundae declinationis, omnium vero declinationum accusativus et ablativus singularis quinto et sexto saeculis viva quidem voce usuque indiscreti erant iam diu. itaque a 22. 5 (p. XXXIV) *consilio* vertit a = *consilium* vertit Φ I 31 P, a 17. 1 (p. 10) blandiri *dominum* a w² BMS = blandiri *domino* w¹ F, a 35. 14 (p. 20) leoni iussit parci (et) *mansuetum* = . . mansueto, a 44. 4 (p. 30) *oleastro* iusserunt dare = *oleastrum* . . , a 51. 15 (p. 34) adduci *in medio*

= in medium, w V 2. 9 (p. 54) ducere *in secreto* = . . *in secretum*, ib. 5 *ullo* = ullum, a 60. 7 (p. 42) *in despectu* devenit = in despectum . . , a 13. 3 (p. 8) perduxit *in urbe* = in urbem, a 39. 12 (p. 26) *acceptore contracto* = acceptorem contractum, w III 2. 9, 11 (p. 50) *stirpe* = -em, w V 9. 4 (p. 58) *prorepente* = prorepentem, w V 2. 2 (p. 54) *rege* = -em, w I 5. 8 (p. 48) *vocae* (i. e. *voce*) = vocem, a 36. 7 (p. 22) *turba* = turbam., w I 5. 7 (p. 48) *silva* = -am, w V 2. 3 (p. 54) *fama* = -am, ib. 10 *ad fallatia* = ad fallaciam, w V. 5 cecidit *in fovea* = . . in foveam, w V 5 *veloci saltum* = veloci saltu, r IV 7 *in cumbam* reponit = *in cumba* r., a 39. 1 (p. 24) *in nidum* = in nido, w II 7 *ore patefactum* = ore patefacto, ibid. *sub arbore* misit = sub arborem m., w V 2. 5 (p. 54) contentus *cibum* = contentus cibo, a 40. 6 (p. 28) in *cubile suo* = in cubile . suum, w V 2. 6 (p. 54) *sancta et incorrupta fidem* = sanctam et incorruptam fidem, r II 18 (19) *fraudem* assuetus = fraude assuetus. — Vict. Vit. II 39 *Carthagine* veniatis = Carthaginem . . , III 39 *Carthagini* revocavit = Carthaginem . . , II 43 ut *sub potestate mea* totus mundus redigatur = sub potestatem meam . . ; Iordanes 110. 22 *in ordine* coeunt et acies *testudineque* conectunt = . . in ordinem . . testudinemque . . , 45. 27 ut *Illo* a se *recedenti* perimerent = Illum a se recedentem . . , 78. 6 *orientali plaga* tenebat = orientalem plagam . . , 80. 5 *perpetrato facinus* = perpetrato facinore, 94. 19 *disciplinam reposita* = -am -am, 73. 13 pro iniuria *qua* (= quam) illi fecissent; Greg. Tur. 54. 27 nihil est vita ipsa *quam* fruěmur = . . qua fruimur (imitatus est Gregorius Sallustii Cat. I 3); — Vict. Vit. II 44 *in Africam* = in Africa; Peregrin. 45 *in summitatem* = in summitate, 54 *Anthiocia* cum fuissem regressa = Antiochiam . . .

Hinc ea confusio vel antiptosis serpsit ac propagata est per pluralem numerum et per declinationem pronominalem. a 4. 8 (p. 2) traxit *sub aquis* soricem = . . sub aquas . . , r I 20. 19 (p. 62) *in retibus* cadunt = in retia . . , a 40. 7 (p. 28) *delitias* fruere = deliciis frui, w V 2. 7 (p. 54) *de hanc re* = de hac re. — Iordanes 111. 5 quis denique Meotidarum iter *maiores nostros* aperuit? = . . maioribus nostris . . , 82. 10 arma *in parentibus* movit = . . parentes . . , 41. 19 *cum ducenta milia* = cum ducentis milibus, 67. 6 *cum successores* = cum -ibus, 45. 22 *lucto quodam* quasi gerens = luctum quendam . . , 65. 7 *de quas et feminas bellatrices* = de quibus et -is -ibus, 137. 15 *in*

campos Barbaricos in regno levatus = in campis Barbaricis in regnum levatus, 133. 2 frui *bona* = . . -is, 34. 5 *Romae* repedavit = Romam . .; Greg. Tur. 34. 1 indicaturum *vivos et mortuis* = . . vivos et mortuos, 62. 1 *in sanctis* dei exercuit = in sanctos . . . 317. 27 *cum arma* = cum armis, 721. 23 *tenues potiones* utens = . . . ibus . .; Peregrin. 32 (mons) *in quo* descendit maiestas Dei = in quem . .; Vict. Vit. I 4 *in ecclesiis* saeviebant = in ecclesias . .

dativus comparationis. a 15. 8 (p. XXXVI) nulla avium prior adesset *tibi* = w III 7 nulla aves (aves w^1: avis w^2) *tibi* prior fuisset = . . te prior . . — Greg. 775. 14 melior *tibi* = melior te, 80. 18 utiliorem *tibi* = u. te, 804. 8 lux *humanae luci* clarior = . . humana luce . . (BONNET 545.)

nominativus praedicativus dativi finalis vice fungitur. a 18. 10 (p. 14) = leo cogitabat, si occideret, *crimen* esset = . . si occidisset, (sibi) fore crimini. — Greg. Tur. 586. 7 *crimen* tibi erit si ea tacueris = crimini tibi erit. . . ., 582. 7 nec erat ei cibus *confortatio*, sed magis *exitus* habebatur = nec erat ei cibus confortationi (i. e. viribus recreandis) sed magis exitio habebatur.

de *participiorum* casibus quibusdam post agemus p. LXXXI sq.

TEMPORA ET MODI.

Actionis antecedentis et non antecedentis tempora inter se permutata.

praesens ind. enuntiati secundarii pro perfecto. a 53. 16 (p. 40) qui se tam flebili patrono *coniungit*, peiori nece finiri debet = qui se . . coniunxit . . — Greg. Tur. 275. 14 nihil de his quae superius *memoramus* confetetur = . . memoravimus . .

praesens indic. enuntiati secundarii pro futuro exacto. r III 16. 1 (p. 16) qui suos *deserit* decipietur = qui suos deseruerit . . , r I 20. 1 (p. 62) qui non *audit* bonum consilium, in se inveniet malum = qui non audierit . . . — Greg. Tur. 111. 15 si hunc *interfecis* (i. e. *interficis*) regnum pari sorte dividimus = si . . interfeceris . . dividemus, 121. 15 si *egredior* interficior = si egressus ero interficiar.

perfectum ind. enuntiati secundarii pro plusquam-

perfecto. a 51. 19 (p. 34) quia mendatio *laudatus est* . ., iubet illum remunerari = quia mendacio laudatus erat . ., iussit . . — Greg. Tur. 103. 8 in foveam quam *fodit* incessit = . . quam foderat . ., 176. 6 Saxones, qui cum Langobardis in Italiam *venerunt*, iterum prorumpunt in Gallis = . . venerant . . .

imperfectum coniunctivi enuntiati secundarii pro plusquamperfecto coniunctivi. a 22. 3 (p. XXXIV) Columbae cum semper *fugerent* . ., consilio raptor vertit . . fallatiam = *Φ* I 31. 3 P Columbae saepe cum fugissent miluum, consilium raptor vertit ad fallaciam, r I 14 cum de fenestra corvus caseum *raperet*, alta consedit in arbore, w II 7 cum de fenestrella corvus casium sibi *raperet*, alta sedit in arbore = cum . . rapuisset . ., a 40. 23 (p. 28) cum in venatores *incideret* = cum . . incidisset. — Vict. Vit. I 14 quodsi exire *tardarent*, servi perpetui remanerent = quodsi exire tardassent . ., I 27 membra potuerat rapere nisi . . *sepeliretur* = . . sepultus esset; Greg. Tur. 207. 6 nullum barbam incisurum nisi prius se . . ulto *irent* = . . nisi prius . . ultum issent, 543. 19 quod si *faceret*, facultatibus ditaretur = quod si fecisset . .

praesens infinitivi pro perfecto infinitivi. a 65. 7 sq. (p. 44) intellexit fortuna serpentis causa illius dives *fieri* = . . se divitem factum esse. — Vict. Vit. II 7 ut incredibile videatur tanta eum *impendĕre* = . . impendisse.

praesens participii pro perfecto participii vel plusquamperfecto verbi finiti. w V 2. 11 (p. 54) verum, mendacium *dicente* laniebatur ut saturaretur = sive quis verum sive mendacium dixerat, laniabatur, ut (leo) saturaretur. — Iordanes 33. 30—35 haec et his similia *perpetrans* nec non et in templo Hierosolimitano Iovis statuam . . *statuens* . ., postremo a protectoribus suis occisus est = his . . perpetratis . . et . . Iovis statua . . statuta . . occisus est . ., Idem 37. 31, 48. 14.

plusquamperfectum enuntiati secundarii pro imperfecto. a 39. 6 (p. 24) acceptor qui praedam *captaverat* = . . captabat, *φ* a 2. 4 (p. XXXVII) corium . . ut extrahere celerius *potuissent* (= possent) aquam ceperunt lambere, a 17. 11 (p. 10 et 12) cum *cogitasset* a^2SVE = *cogitaret* a^1wBF, a 8. 2 (p. 6) dum . . *vidisset* = cum videret, a 43. 1 (p. 32) cum *certassent* = cum certarent, r I 14 qualis decor tuus *esset* si vocem *habuisses* claram = w II 7 tu si vocem *haberes* claram nulla aves tibi prior *fuisset*, w V 5 dum nox

fuisset = dum nox erat. — Vict. Vit. I 39 ut primo armis *nudaret* et ita facilius *captivasset* = ut . . nudaret et . . captivaret, I 49 quod ille plenus deo ut velociter *provenisset,* impios provocabat = . . proveniret . ., III 27 si haec sola vita *fuisset* (= esset) et aliam non *speraremus* aeternam, I 20 cum *ignorasset* = cum ignoraret; Iordanes 129. 21 ita sunt proeliati ut . . . non remansissent = . . . ut . . . non remanerent, 40. 4 *voluissent* = vellent; Peregrin. 40 *ambulaveramus* = ambulabamus; Greg. Tur. 281. 13 omnia quae melius habere *potuerat* (= poterat) secum tulit, 193. 18 si ante eum puer cereum *tenuisset* (= tenebat), nudari eius tibias faciebat; Peregrin. 54 quae me cum *vidisset* = videret.

praesens indicativi pro futuro. quod erat sermonis familiaris et quotidiani. a 65. 16 (p. 44) *redeo* tecum in gratiam sed si obliviscar securis perfidiam = ita redibo tecum in gratiam si obliviscar . . — Peregrin. 43 attendite et videte, et *dicimus* vobis singula = . . et dicemus . . (de Peregrinatione cf. Löfstedt p. 212 sq.); Salvianus G. D. IV § 71 p. 50. 10 per Christum (iuro) quia hoc *facio* = . . iuro me hoc facturum, Idem G. D. IV § 73 p. 50. 21 hic enim loquendi usus est talibus: »per Christum» (scil. iuro) »quia *tollo* illum, quia *caedo* illum»; Greg. Tur. 556. 12 cumque contemplaveritis, quae placuerit et *linquitis* et *aufertis* = . . vel linquetis vel auferetis, 111. 5 si hunc *interfecis,* regnum pari sorte *dividimus* = si hunc interfeceris, regnum pari sorte dividemus, 305. 14 si domum nostram veneris, et quae debentur *exsolvimus* et aliis te muneribus *honoramus* = . . exsolvemus et . . honorabimus.

praesens infinitivi pro futuro infinitivi. a 6. 9 (p. 4) non tu credas ex meis unguibus hodie *liberari* = . . te liberatum iri. — Iordanes 72. 11 *ulcisci* se existimans = ulturum se existimans, 97. 18 sic eos cum Romanorum populo *vivere* = . . victuros; Greg. Tur. 104. 18 quod minarentur caesariem sibi *laxare* eumque *interficere* = quod minarentur se caesariem sibi relicturos ipsumque interfecturos esse, 363. 16 dominus in evangelio ait *consurgere* (= consurrecturos) in novissimis temporibus pseudochristus (= -os); 716. 17 pollicitus est me *perducere* = . . perducturum.

part. *-dus* pro fut. pass. a. 9. 1 (p. XXIX) *sit copulanda* = copulabitur. — Greg. Tur. 861. 19 *sit resuscitandus* = resuscitabitur.

promiscui modi sententiarum condicionalium. a 40. 16 (p. 28) *ageres* mihi gratias si tibi inimicum gregis tui *tradidero* in

manus et iam non *sis* sollicitus = ages mihi gratias si ... tradidero et iam non eris s. — Salvianus G. D. III § 15 p. 27. 8 isti etiamsi aliquid horum bona fide *adimplerent,* illud absque dubio nullus *efficeret* = etiamsi .. adimplebunt, .. nullus efficiet; Greg. Tur. 80. 6 quando quidem hanc partem tibi *misero* partesque coniunctae unum *efficerent* (= efficient) solidum, tunc tu securo animo in patriam *repedabis,* 103. 2 sq. Ecce pater tuus senuit et pede dibile claudicat. si ille *moreretur,* tibi regnum *reddebatur* = si ille morietur, tibi regnum reddetur; Ps. Hieronymus hom. ad monachos 314 BC Si autem quae foris sunt deo et quae intus diabolo *demus,* non *erit* aequa portio, *diceturque* (= diceturque) nobis: nonne si recte offeras et non recte dividas peccasti? Vict. Vit. III 63 si disputare *nitebatur* de fide nobiscum barbara ferocitas et heresis Arriana rationabiliter *disputaret* .., quare dolis et calumniis *egerunt?* Idem III 46 quasi *valeret* conscientiam ligare cum corpore aut non *aderat* qui *audit* gemitus compeditorum = quasi valeat .. aut non adsit qui audiat ..

in quo genere non solum modi promiscui notabiles, sed etiam usus latior et liberior imperfecti, quod ponebatur vel principali significatione vel pro praesenti coniunctivi vel pro futuro indicativi.

indicativus interrogationis indirectae. a 37. 13 (p. 22) nesciunt quid futuri *sunt* = .. futuri sint. — Hist. Apollonii c. II p. 4. 1 R si intellegis *quod factum est;* Inc. de Const. et Hel. 19. 19 Heyd. scis .. qualiter filium *suscepi;* Iordanes; 76. 14 paucis percurram quis quo parente genitus *est;* Greg. Tur. 58. 23 meminiat .. quantae strages *fuere,* quae siccitas *oppresserit* humum, 280. 15 absculta quid de caelo *loquitur;* Vict. Vit. III 26 non valeo quae gesta *sunt* nuntiare; Peregrin. 43 dicimus vobis singula quae *sunt* loca haec; Hieron. Mareds. III 2. 3. 25 non potest sermo explicare quantum mens *concipit.*

indicativus enuntiati secundarii orationis obliquae. a 18. 8 sq. (p. 14) rogabat .. veniam quia non voluntate *fecerat* = .. quod non voluntate fecisset, w I 5. 4 (p. 48) mandavit ne alio aperiret quod clausum super eum *fecerat* = .. fecisset. — Hieron. Maredsol. III 2. 27. 12 ex dispensatione Dei puto factum esse ut quod nobis *proderat* in ordine exponendi hodie recitaretur = .. prodesset ..; Peregrin. 39 episcopus rettulit, eo quod Farao, quando *vidit* (= videret) quod filii Israel *dimiserant* eum, tum ille *isset* (illum isse)

intra Ramesse, 44 dictum est nobis quia in isdem diebus qua .. filii Israel contra illas civitates *pugnaverant* (= pugnarent), castra ibi fixa habuissent; Vict. Vit. I 38 Faustus .. attestatus est caecam .. mulierem inluminatam fuisse ubi ipse *aderat* praesens = .. adesset pr., I 27 cuius exitum ita urbici planxerunt ut tunc se putarent magis tradi manibus barbarorum quando ille *perrexit* ad caelum = .. perrexisset ad caelum; Greg. Tur. 92. 7 sq. sacerdos coepit ei insinuare ut .. idola neglegerit, quae neque sibi neque aliis prodesse *possunt* = .. posse.

indicativus per parataxin antecedenti verbo dicendi aut sentiendi additus taliter qualiter non ab antiquioribus, sed usu quasi dilatato et liberiore.

antecedit *putasne* in parataxi. a. 13. 15 (p. 8) *putasne veniet ille*? — Eugippius I 5 *putasne ipse est* qui desperatis rebus dei nobis subsidia pollicetur? Eugippius IX 2 *putasne possum* invenire hominem qui me ad virum dei perducat? — alia et plura exempla Rönsch Semasiol. Btr. II p. 79.

antecedit *inquit* in parataxi orationem directam. a 40. 9 (p. 28) Tremula *inquit* voce: recte non vidi te tristis fui,» r I 19. 6 E (p. 60) *illa inquit:* o mi nate tu saepe lesisti numina.»

ab hac parataxi discernendum, sed quodam modo ei finitimum est quod saepe coniunctivum verbo sentiendi dicendive adiunctum pro infinitivo sermo latinus novissimus substituebat. a 18. 10 sq. (p. 14) leo *cogitabat,* si occideret, crimen *esset* et non gloria = .. crimen esse .. — Salvianus G. D. VI § 1 p. 67. 6 *putaveris* ille .. talis *sit* = p. illum .. talem esse; Greg. Tur. 215. 4 *credo* interitum Merovecci *pronuntiassent* = .. eos pronuntiasse, 592. 27 *credo* virtus aliqua *fuisset* angelica = credo virtutem aliquam fuisse angelicam. cui coniunctivo cognatus est coniunctivus orationis obliquae in locum infinitivi substitutus; ut Vict. Vit. I 14 quodsi exire tardarent servi perpetui *remanerent* = .. servos perpetuos remansuros.

usu fluctuante modo indicativus modo coniunctivus relativa et particulas quasdam relativas sequebatur. a 15. 3 (p. XXXVI) corvus cum *raptat* caseum (= cum raptasset caseum) et comesse *vellet,* a 58. 8 (p. 42) = cum magna *promittunt* parva denegant = cum magna promittant .. — Peregrin. 32 cum hi omnes .. excelsi *sunt,* tamen .. = cum .. excelsi sint, tamen ..

a 53. 17 (p. 40) qui se ab illis defendi desiderant qui tutationem praestare non *possunt* = .. qui .. non possint (qui = talis ut). — Vict. Vit. III 27 nec ita fecissem .. ingratus existere qui suam fidem mihi *contulit* creditori = .. contulisset ..

dum cum coniunctivo pro praesenti historico: v. p. LXXI.

eo quod cum coniunctivo: v. p. LXXI.

coniunctivus iterativus. a 38. 6 (p. 24) superiorem quem primo *vidisset*, ad eam se conferebat = quam superiorem primo viderat .., a 44. 6 (p. 34) omnia quae *vellet* indubiose coepit caedere = .. quae volebat .. — Vict. Vit. II 12 fratris filios crudeliter coepit insequi . quorum nullum *dimitteret*, nisi ei mors desiderii sui voluntatem *auferret* = quorum nullum dimittebat, nisi cuius mors d. s. v. ei abstulerat.

coniunctivus cum ut particula vice infinitivi nonnumquam fungitur. a 6. 3 (p. 4) *sperabat ut* .. ipsum qui secum exhiberet⟨ur⟩ (accipiter) *devoraret* = sperabat fore ut .. (accipiter) devoraret, w V 2. 16 (p. 54) *er⟨ubu⟩it ut* laudatorem *laederet* = erubuit laudatorem laedere. — Salvianus Eccl. II 31 (p. 136. 33 Halm) *Nec ego abnuo ut*, si ita ratio est, ita esse *credatur*, Eccl. II 57 (p. 140. 38 Halm) *non licet ut* eos nos Deo fidem *putemus* adhibere; Vict. Vit. III 20 *iussit* rex *ut* civitates atque ecclesias vestras *numquam videatis*, III 28 non ita iuravimus Christo . accusabo te .. quia super corpus et sanguinem eius *iuravimus ut* pro eo invicem *patiamur*; Greg. Tur. 307. 22 *non pudet ut* tam degener et stultus ita magno regi *respondeat*? 418. 19 se *paenitens ut* sic eum ira praecipitem *reddidisset*, 566. 21 *promittit ut* .., 334. 3 *pollicitus ut* ..

INFINITIVVS.

infinitivi subiectum omissum. w V 2. 17 (p. 54) esse finxit languidum = sese finxit languidum, a 34. 5 (p. 18) negabat nullum levamen accipere = negabat illum quidquam levaminis a se accepturum, a 65. 7 sq. (p. 44) intellexit ... dives fieri = .. se divitem factum, w V 2. 6 (p. 54) iuravit servare fidem = .. se servaturum fidem, a 6. 9 (p. 4) non tu credas hodie liberari = .. hodie te posse liberari. — Iordanes 45. 19 prodit scelus eadem nocte facturum = .. se eadem nocte facturum; Greg. Tur. 104. 18, 606. 31

sperantes mercedis retributionem accipere, 118. 8 suam voluntatem facere repromittunt, 498. 24 vovit nullam operam exercere.

PARTICIPIVM.

participium ex participio (aut ex nomine praedicativo) aptum. a 18. 22 (p. 14) leonem *captum liberum* silvis restituit, a 43. 8 (p. 32) pace *facta irrita*, a 34. 11 (p. 18) volucres *advenientes* ad praedam convolant *dicentes*, a 40. 24 (p. 28) *comprehensa* a canibus *laniata* ait, w I 4. 7 (p. 46) *territae* ranae *fugientes*, a 32. 4 (p. XXXIII) *violatus manens*. — Hist. Apollonii X p. 18. 5 cives *exhilarati facti* . . gratias agebant, certatim *accipientes* frumentum, Hist. Apollonii XXII p. 41. 6 *exiens* foris *aspiciens* Apollonium, ait . .; Peregrin. 39 est *affabilis suscipiens* peregrinos valde bene, 37 omnia loca quae filii Israel *exeuntes* de Ramesse tetigerant *euntes;* Vict. Vit. III 63 sed illi *expoliati laetati* sunt; Inc. de Const. et Hel. 16. 2 Heyd. nobis hic *dormientibus relictis* recesserunt, Idem 13. 19 sq. 11 *surgentes et satagentes* naves *intrantes, dimissis* coniugibus adhuc sopore *depressis;* Greg. Tur. 490. 9 *vigilanti*que plebeculae lumen praebuit *supplicanti*.

ablativus absolutus pro participio coniuncto. a 18. 4 (p. 14) *dormiente leone* . . unus . . *super leonem* . . transiit = unus super dormientem leonem transiit, w V 2. 11 (p. 54) verum, mendacium *dicente* laniebatur = . . dicens laniabatur = sive quis verum sive mendacium dixerat laniabatur, a 60. 4 (p. 42) *imposito te* pondus sentire = impositi tuum pondus sentire. — Vict. Vit. I 43 *allatis fortioribus cordis* . . illa omnia vanescebant = allatae fortiores cordae omnes erant vanae, II 28 statim *illis clamantibus* . . includuntur = statim illi clamantes . . includuntur; Greg. Tur. 59. 28 *Illo* . . haec *negante* »adferte» inquid »infantem ad me». = Ille . . haec negans »adferte» inquit »inf. ad me», 210. 6 Haec *eo dicente* nullus sacerdotum *ei* quidquam respondit = Haec ei dicenti nullus sacerdotum respondit, 660. 37 *quibus* (oculis) *conclusis* numquam deinceps aperire potuit = quos (oculos) conclusos numquam deinceps aperire potuit.

nominativus participii absolutus. a 32. 3 sq. (p. XXXIII) *canis et vultur* humana *effodientes* ossa, *canis* thesaurum invenit . et

violatus manens, iniecta est *illi* divitiarum cupiditas, a. 18. 4 (p. 14) *ludentes mures agrarii*, unus ex iis .. transiit. — Vict. Vit. II 34 *quae* (viae) agmina venientium nequaquam *capientes* .. turba fidelium inaestimabilis descendebat, I 25 *dividentes Uvandali et Mauri*, .. mariti ab uxoribus .. separabantur = dividentibus Vandalis et Mauris ..; Peregrin. 47 *benedicens* nos *episcopus*, profecti sumus = benedicente nobis episcopo ..; Iordanes 98. 7 utramque eius filiam sibi *princeps* unam post aliam *consocians*, utramque deus ab hac luce vocavit; Greg. Tur. 267. 2 magni ibidem thesauri .. reperti sunt, nihil exinde secum *portans* nisi animae detrimentum = magnis ibidem thesauris repertis, nihil inde secum portavit nisi animae detrimentum, 332. 15 *adveniens* (Theodorus) Treverus (= -os), nuntiatum est episcopo (Treverensi) hunc (Theodorum) in navi positum clam abduci, 513. 16 a quo (rege Theodorico Iohannes episcopus) cum dolo *susceptus*, (rex) alligavit *eum* (Iohannem) = cum dolo susceptum eum (rex) alligavit; Ps. Hieronymus hom. ad mon. 314 C non illi sit tumoris sed humilitatis occasio, *sciens* (= scienti) filium Dei factum esse filium hominis.

accusativus participii absolutus. a 21 *quem* (tigillum) subito *missum*, levi motu sonoque terruit pavidum genus, w V 5 abierunt omnes domum, quasi *mortuam* (pantheram) = quasi mortuā (pantherā). — Iordanes 37. 30 *quem*, uxor sua, *occisum*, Orientis tenebat imperium = quo .. occiso .., 40. 35 *omnesque inimicos*, Theodoricus, *superatos*, rebus humanis apud Mediolanos excessit = omnibusque inimicis .. *superatis* .., item 41. 29, 66. 16; Greg. Tur. 60. 11 *hunc eiectum* (= hoc eiecto), Iustinianum in episcopatu constituit.

ASYNDETON BIMEMBRE.

w V 2. 11 (p. 54) *verum, mendacium* dicente = sive quis verum sive mendacium dixerat, a 43. 3—4 (p. 32) lupi *legatos mittunt, fictam quaerunt pacem*, w III 2. 14 (p. 50) *cadet corpus hostile, iacuit in terra diutius*. — Hist. Apollonii I p. 2. 5 *qui cum luctatur cum furore, pugnat cum dolore*: vincitur amore, XII p. 21. 10 *stans* Apollonius *in litore nudus, intuens tranquillum mare*, ait, XLI p. 87. 10 R Aderit ille deus *creator omnium, auctor*, VIII b β p. 14. 11 R accipe *gratissime* (= -mi) *exempli, pauperrimĕ*, XXXVII b β p. 75. 12 *cru-*

delis exempli, pauperrima; Greg. Tur. 566. 2 *tertianorum, quartanariorum* febrium accensi, 741. 28 *genitor, genitrix* mortis somno sopiti, 773. 19 odorem *liliorum, rosarum.*

REDVNDANTIA.

w III 2. 10 (p. 50) *ait*: »frater» *inquid* »succurre». — Greg. Tur. 237. 4 *ait*: »sic» *inquid* »volo», 667. 21 *ait* Lupicinus germano suo: »Dic» *inquid* »mihi: in quale monasterium vis tibi parari sepulcrum?» (Bonnet 715. 5); Löfstedt Peregrin. 229 affert de actis Thomae 108. 19 veniens ergo vir eius ad illam *ait*: »cur» *inquit* »tristis es?» cf. etiam Iordanes 78. 11 *dixit .. inquiens;* Hist. Apollonii VI p. 9. 6 R *locutus est dicens.*

pronomen *is* redundat his locis. a 8. 1 sq. (p. 4) Cochlea repperit spiculum , quem dum nimium fulgere vidisset adamavit *eum*. et statim adscendens super *eius* orbem, coepit *eum* delingere, r I 20. 13 sq. (p. 62) verba hirundinis *eius*que consilium = verba consiliumque hirundinis. cum omni fere redundantia tum hac caret Phaedrus.

a 17. 7 (p. 10) *multo plus melior.* — Vict. Vit. III 22 *amplius magis* furentes. — a 13. 14 (p. 8) *valde per*territus.

r IV 6. 2 (p. 64) *in collectu ... simul cum.* — Vict. Vit. III 68 *simul con*tristarentur; Iordanes 68. 16 *ad* Riphaeos *usque in* montes.

a 43. 12 (p. 32) *primo dudum.* — Vict. Vit. III 17 *tum deinde,* I 36 *tunc deinde,* III. 21 *necdum adhuc,* II. 19 *adhuc necdum,* II. 55 *ante prae*videntes, Pass. VII monach. 6 *ante .. priusquam.*

de his rebus copiosius Löfstedt Btr. 31, Spätlat. Stud. 27, Commentar. Peregr. 59 et 95.

binae negationes pro singulis. a 34. 5 (p. 18) *negabat nullum* levamen accipere = negabat quidquam levaminis illum accepturum, a 28. 5 (p. XXXV) illa *negabat* se *non* esse ream = illa negabat se esse ream. — Querolus 47. 22 P Fortunam *non* recipio *nec* bonam; Vict. Vit. II 29 *nullum* tamen *nec* blandimenta vicerunt, II 39 constat *esse prohibitum ut .. sacerdotes* conventus *minime* celebrarent. — rara exempla antiquioris latinitatis, plura de versionibus Bibliorum affert Rönsch It. 446 sq., ubi cum multa tum haec: Mc 6. 5 et *noluit* ibi *nullam* facere virtutem, Ioh. 8. 33 et *num-*

quam servivimus *nemini* umquam. — sed versiones Bibliorum in peculiari causa erant; in quibus vigebat studium graeca verba — paene dixi graecas litteras — exprimendi quam diligentissime . sed tamen haec redundantia negationum antiquitus radices egit in latino solo. quod demonstravit Schmalz, Stil.[4] p. 637 sq. — de Gregorio Turonensi Krusch in indice p. 954 a haec affert exempla: Greg. Tur. 250. 5 *nullus* iustitiae fructus *nullatenus* crescit, 304. 20 multum *negante* Iniurioso quod in hac causa *non* fuerit inquinatus, 622. 5 ut *nec* victus necessaria *nulli* praebere liceret.

Quibuscum sermonem diasceuastae φ hoc capite contuli, quod eorum sermo eandem fere quam huius diasceuastae redolet aetatem, quos p. LVI nominavimus, eorum cum plerique tum Gregorius Turonensis et Iordanes fuerunt saeculo sexto, Victor Vitensis quinto exeunte, quinto medio Salvianus, Peregrinatio denique illa, quae ab editoribus inscripta est »Silviae», mihi quidem cum Meistero videtur non ante medium saeculum quintum esse scripta . quae cum ita sint, sequitur Phaedrum hunc solutum, quem φ littera notamus, videri extitisse aut quinto exeunte aut saeculo sexto.

sunt etiam indicia rerum, sed non satis idonea ad tempus definiendum.

comparando igitur videmus, ut in cetera prosa quinti et sexti saeculi, ita in sermone diasceuastae φ inesse quasdam proprietates quinti et sexti saeculi, quod est consentaneum [1]. quod animadvertere atque observare quanti intersit ad harum fabularum recensionem nemo non intellegit.

[1] Quidam vero dum agnoscere nesciunt cursum naturalem vivae linguae per gradus atque aetates alias atque alias formas induentis, de sermonis latini aetate postrema iniuste iudicant quasi corrupta et depravata. ut Teuffel-Kroll III § 470 de Victore Vitensi sic iudicat: »die Darstellung ist blumenreich, aber sprachlich fehlerhaft»; quasi vero ideo culpandus sit Victor ille quod utitur sermone aetatis suae: qui potius eo nomine laudandus est, praesertim qui sit scriptor gravis atque iucundus.

CAP. IV. DE RATIONE HARVM VINDICIARUM.

Fabulae prosariae Phaedro vindicandae haec una est via, si veteres senarios, quoad eius fieri possit, probabili ratione restituas. neque enim Phaedrus agnosci certo poterit nisi ab eo qui certa indicia collegerit per dictionis versificationisque vestigia. quodsi qua fabula Phaedri reficta est per paraphrasin tota, talem fabulam esse Phaedrianam licet suspiceris, tamen certo demonstrare non possis . ac ne si speciem quidem Phaedrianae dictionis et numerorum aliquo loco talis paraphrasis praebet, inde certo colligimus fabulam universam esse de Phaedro . potuit enim per contaminationem tale aliquid irrepere. quod etiamsi THIELE videtur errasse de hoc universo genere sic statuens, tamen id fieri potuisse interdum quis neget?

Scilicet non iam possunt verba omnia vetera revocari. quamobrem duobus modis cavi ne meae correcturae et supplementa cum verbis antiquitus traditis confunderentur: quod et haec mea *inclinatis* litteris scripsi, antiqua illa litteris rectis; et quod fabulam prosariam a sinistra, a dextra iuxta eam posui metrum restitutum. quod utrumque cum magno editionum suarum incommodo ii facere neglexerunt qui ante me metro fabularum prosariarum restituendo operam dederunt: BURMAN, DRESSLER, MUELLER, THIELE aliique.

Lubricum profecto hoc opus est fabulas φ recensendi, quia fabularum harum Phaedri soluti oratio in libris a w r est valde corrupta et decurtata.

additicia autem plerumque facile discernuntur ac resecantur. quae tantum discrepant a Phaedri arte et ingenio ut inde facile dignoscantur.

item illae tam multae quae Phaedri orationi aspersae sunt in φ maculae latinitatis extremae, sive pro vocabulis vocabula sive pro constructionibus constructiones novae a diasceuasta φ substitutae sunt, quod innumerabilibus locis factum esse reperitur, eae maculae paene omnes facile tolluntur, ut nihil fere obstet quominus restituantur Phaedriani senarii. tantum enim a Phaedri sermone sermo quinti sextique saeculi distat ut non possit confundere qui quidem utrumque

cognoverit. etenim quae a Phaedro Phaedrive aetate sermo sexti saeculi discrepet et pro illis quae Phaedrus et aetas Phaedri dixerit satis cognitum est, in media enim scientiae luce et haec et illa versantur. quamobrem si quid φ a Φ deflexit, quod receperat aliquid aetatis suae, nos contrarium cursum tenentes, dum Phaedrum restituere conamur [1], rei naturam ducem sequimur, quod id reponimus quod Phaedri aetatem in tali re dixisse scimus, et data optione eligimus id scilicet quod commendetur Phaedri ipsius auctoritate. quod si dubitamus quid ex pluribus potissimum deligamus, utimur metri norma, ad quam delectum dirigamus. et quoniam pp. LV—LXXXIV conspectum sermonis diasceuastae brevem dedimus, et ipsa editio harum fabularum illustrat innumerabilibus exemplis quomodo pro sermone diasceuastae sermonem antiquum restituere soleamus, hoc quoque loco de ea re singillatim agere non opus erit.

Senarios Phaedri restituere nostra interest plurimi ad has Phaedro fabulas vindicandas. certissima enim indicia et signa Phaedrianae originis elocutione et metro continentur. atqui verba ipsa per sese non valent originem Phaedrianam approbare. sin cuius fabulae verba libro librisve tradita facile vincientur senariis Phaedrianis, manasse de Phaedro fabulam prosariam eiusmodi intellegemus. oportet igitur cum metro verba conspirent, ut sit huius rei fides certa. nec vero originem Phaedrianam senarii quilibet, sed Phaedriani senarii indicant scilicet. Phaedri senarii, quorum leges HAVET exposuit, sunt elegantissimi. qui hoc uno a trimetris iambicis differunt quod spondeum etiam in secundam et quartam sedem admittunt, nec quemvis spondeum sed eum qui careat discrepantia ictus et accentus. falso igitur THIELE Lat. Äsop p. CCXI. 12 tanquam Phaedri edolavit illum versum »Hortatur ille vix *possúm* perterritus» et p. CCXVII LXIII 5 »Illae sperantes *áeternúm* foedus fore» et ibid. LXXXII 2 respondit ille si *possém* ... e quibus tribus versibus primum ferremus in Plauto et Ennio, Phaedrus autem nullum talem admisit; quales vero duos illos quos proxime scripsi ne apud Plautum aut Ennium quidem

[1] Incerta est quidem saepe haec Phaedri in φ latentis restitutio; sed, ut ait Horatius, »est quadam prodire tenus si non datur ultra». nec tantum mihi adrogo ut me putem restituisse *omnia*.

invenias, nisi forte culpa librariorum. Phaedrus est veteribus poetis scaenicis latinis multo limatior, et, nisi quod illos quos diximus spondeos admittit, ad Senecam propius accedit; quocum congruit cum cauto usu elisionis et vocum monosyllabarum et brevium et exquisita illa ratione caesuram et exitum versus conformandi. quibusdam vero rebus Phaedrus restrictior est Seneca, de quo Havet p. 158, 160, 161. Phaedri senarii quam sint similes trimetris Senecae Avieni Ausonii Prudentii et quid ab illis differant ex hoc exemplo elucet . nam cum Phaedrus IV 6. 10 scripsisset *Capacis alvi mersit tartareo specu,* id Prudentius imitatus scripsit Cathem. VII 115 *Alvi capacis vivus hauritur specu,* qui ut ex senario fieret trimeter pro quarti pedis spondeo substituit iambum.

ad has vero quaestiones nostras magni momenti est quod Phaedrus solus inter poetas iambicos Romanos eos qui fuerunt aetate imperatoria — si a titulis quibusdam plebis discesseris — non veris trimetris sed senariis usus est . quamobrem senarii in fabulis prosariis sive exstant integri sive restituuntur probabiliter, eorum senariorum auctor non alius potuit esse nisi Phaedrus; cum praesertim fabulae prosariae a w r pleraeque ab illo fonte manarint . nimirum ea metri indicia certa esse debent et elocutionis indiciis confirmari ut res comprobetur . Buecheler quidem quod m. rh. XLI. 3 fabulam illam apud Greg. Tur. IV 146. 24 a Phaedro originem ducere existimat, quod incipit ab hoc senario *Serpens ampullam vino plenam repperit,* id mihi non persuasit . nam casu potuit nasci unus senarius tam abiectus in ea fabula prosaria ubi nulla alia indicia essent certa originis Phaedrianae.

At enim universum hoc studium metrum fabularum prosariarum restituendi quandam collegit infamiam, tanquam vanus sit lusus ingenii, qui nihil pertineat ad scientiam veram. quam quidem meritam infamiam esse concesserim, atque unde orta sit facile perspicitur. neque enim a philologis illis Burmanno Muellero aliisque [1], quamvis doctis atque acutis, cum

[1] Phaedri Fab. Aes. libri V emendavit adnotavit supplevit Lucianus Mueller Leipzig (Teubner) 1877; Phaedri Fab. Aes. libri V curante Petro Burmanno, Traiecti ad Rh. (W. van de Water) 1718 . Burmannum nihil aut

vero fructu hae Phaedrianae vindiciae poterant agi nec quaestio haec universa explicari, quia nondum venerat maturitas temporis . nam nemo nec Burmanni nec Muelleri aetate fabulas prosarias latinas antiquissimas pervestigatione perscrutatus erat aut scientia comprehenderat, nemo genera fabularum earum penitus cognoverat, nemo de iis instituerat accuratius quaerere, nec ut Phaedrianas ab alienis et dubiis discerneret, nec ut inter Phaedrianas dignosceret eas quarum metrum restitui posset ab illis quarum posset nullo modo. atque etiam, cum omnes has prosarias fabulas ex Phaedri thesauris esse sumptas existimarent, sine ullo discrimine fabulas Phaedrianas cum non Phaedrianis contaminabant. ut Burman p. 388 et Mueller p. 92 fabulam de pace ovium et luporum a 43 (quae est huius libri XV p. 32 sq.) interpolarunt insertis verbis de r III 13, quae est diversa eiusdem argumenti fabula, non Phaedri sed de alio fonte ducta . quid? quod, cum fabulas non Phaedrianas in senarios coegissent, eas fabulas tamquam Phaedri ediderunt . ut Lucianus Mueller p. 90 narrationem de leone Androcli (quae est huius libri fab. IX) ad Phaedrianos senarios redigere conatus, non fabulam a 35, quae est Phaedriana fabula generis φ_1, sed r III 1, quamquam est et a Phaedro aliena neque umquam vincta erat metro, materiam sumpsit in qua iambis tamquam Phaedrianis concludenda elaboraret. et quia nondum animadverterant esse fabularum Phaedrianarum prosariarum duo genera diversa, unum Phaedri soluti (quas nos littera φ notamus), quarum metrum potest restitui quadamtenus; alterum paraphrasis, quae plus distant a Phaedro quam ut restitui possint antiqui senarii (quas fabulas nos π littera denotamus, de quo genere p. XV et XXII diximus): iis generibus utebantur indiscretis atque confusis . quo factum est ut fabulas prosarias edentes rem criticam rite exercere non possent, cuius rei aditum sibi ipsi praecluserant vel potius aperire neglexerant.

Burmanno crimini non dandum est quod senarii eius metricis mendis scatent . Lucianus enim Mueller princeps rei metricae Phaedri cognoscendae fuit. Ludovici vero Haveti Parisiensis laus est penitus cognovisse atque exposuisse versificationem Phaedri-

non multum mutantes descripserunt Philippe (Parisiis Grange 1748) et Dressler (Lipsiæ 1862, Bibl. Teubn.)

anam [1]. difficile est autem Georgium Thiele, qui scripserit post editam Haveti disputationen, excusare, quod libro quem inscripsit *Der Lateiu. Äsop des Romulus* [2] pp. CCIX—CCXXI in restituendo Phaedri metro saepius rem gessit male . sed hoc relinquo, praesertim cum confiteatur ipse se ad eam rem nec satis idoneum esse nec satis a scientia instructum [3].

Illud vero longe gravissimum et pessimum quod nec Thiele nec Burman nec Mueller nec illi, qui fere Burmanni appendicem exscripserunt, tam diligenter quam par fuit operam dederunt ut reciperent et conservarent quaecunque verba antiquitus tradita servari deberent ut Phaedri ipsius . quo factum est saepe non ut Phaedri restituerent senarios sed ut suos quosdam versus pro Phaedrianis venditarent . exempla sunt innumerabilia . satis erit ad rem illustrandam paucas fabulas afferre. quas exscribemus cum metro restituto a Burmanno et a Muellero et a Thiele . unius cuiusque fabulae tantum de verbis antiquitus traditis aptatum senariis praemittam quantum a Phaedro non videbitur esse abiudicandum, ut sit indicio posse verborum traditorum plus conservari. iam quae illi pro traditis verbis, quasi a Phaedro alienis, iniuria damnatis ac spretis substituerunt, ea scribam *litteris inclinatis;* quae autem immerito pro Phaedrianis habuerunt, sive quibus metrum vitiarunt, ea notabo litteris diductis. orationi diasceuastae addam eandem orationem purgatam corruptelis atque interpolationibus . corrupta autem atque interpolata habenda sunt, sive quae metrum non recipit, sive talia quae Phaedri aetas tali loco ita non potuerit dicere, sive quae, ut inepta et otiosa aut repugnantia, tolli ipsa res postulat. talia igitur omnia tollenda sunt.

---

[1] Phaedri Fabulae Aesopiae. recensuit Ludovicus Havet, Parisiis 1895. Disquisitionum criticarum pars prior pp. 147—224.

[2] Der Lateinische Äsop des Romulus . . von Georg Thiele, Heidelberg 1910.

[3] G. Thiele, Der Illustrierte Lateinische Aesop, Leiden 1905, p. 12 de suo tentamine metri Phaedriani restituendi: »auch wird est nicht an solchen fehlen, die als Kenner lateinischer Verstechnik sich mehr Erfolg wie ich auf diesem Gebiet versprechen dürfen«.

a 37. Equus superbus. cf. huius libri p. 22.

Insolens faleris asino occurrit equus qui fatigatus malis transeunti tardius dedit viam. Vix inquit me teneo ut non te rumpam calcibus; Reticuit ille et gemitu testatur deos · Equus currendo ruptus parvo in tempore ad villam est missus. hunc onustum stercore ut vidit asinus · tali eum irrisit verbo · quid tibi gloriose quondam faleris? modo ad contemptam redisti miseriam · felices qui ullum despiciunt . dubii meminere debent quia nesciunt quid futuri sunt.

haec eadem sic castigavi et aptavi senariis p. 23 huius libri:

Equus occ*u*currit asino phaleris insolens. | ⏑ – ⏑ – ⏑ – fatigatus malis | quia transeunti tardius ded*erat* viam, | »vix» inquit »teneo*r* [quin] te rumpam calcibus«. | reticuit ille et gemitu testatur deos. equus currendo ruptus parvo in tempore | ad villam est missus . hunc onustum stercore | ut vidit asinus talia irrisit [loquens]: | quid gloriose quondam phaleris – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – redisti ⏓ ad miseriam? | felices qui despiciunt ⏓ – ⏓ ⏑ ⏓ | dubii meminisse debent ⏓ – ⏓ ⏑ –, | quia quid futuri s*i*nt ⏑ ⏓ – nesciunt.

haec eadem sic scripsit Burman ed. anni 1718 p. 385:

As*e*llo *sonipes* phaleris occurrit *tumens,* | *et lassus, multo* tardius quo*d pondere* | viam dedis*set* transeunti; vix, *ait* | me teneo, *quin* te *saevis* calcibus *exteram.* | *ta*cuit *asellus,* gemitu testatus deos: | equus currendo ruptus parvo in tempore, | ad villam mit*titur.* hunc onustum stercore | ut vidit asinus, tali *de*risit *ioco.* | Quo gloriose, phaler*as has*(!) quondam tibi, | modo ad *despectam* [*qui*] redisti miseriam. | Felix *ne spernat,* dubi*ae sortis immemor,* | [*humilem*], *cum* quid futur*us ipse,* nesci*at.* — v. 4, 5, 7 Burman metrum corrupit; v 9 *phaleras has* scripsit, quasi esset probabile, equum stercore onustum phaleras portare! versu 10 *modo* pro *nunc* positum, quod posterioris est latinitatis, non debuit a Burmanno recipi.

a 38. Vespertilio. cf. huius libri p. 24.

Bellum gerebant volucres cum quadrupedibus et modo vincentes iterum vincebantur · Vespertilio dubios eventus timens superiorem quem primo vidisset ad eam se conferebat; In pacem cum redissent pristinam · utroque generi fraus decepta apparuit Damnatus ergo tam pudendo crimine. lucem refugiens atris se condidit tenebris noctis quia quisquis a duabus partibus se vindicari desiderat utrisque ingratus turpiter vivit.

haec eadem p. 25 huius libri sic castigavi et aptavi senariis:

Bellum gerebant volucres cum quadrupedibus. | et vincebantur iterum, vincentes modo. | [tunc] vespertilio, dubios eventus timens, | qu*am* primo superiorem [partem] vid*era*t, | *eo* se conferebat ⏑ – ⏑ ∪ ⏑. | in pacem ⏑ ∪ cum redissent pristinam, | utrique generi fraus de*fecta* apparuit. | damnatus ergo tam pudendo crimine, | lucem refugiens se tenēbris condidit. | qui vindicari [vult] duabus partibus, | ingratus ⏑ utrisque vivit turpiter.

eadem fabula ex restitutione metrica Luciani Murlleri ed. mai. p. 91:

Bellum gerebant *pecudes* cum volucri*bus*, | et *dubia saepe conserebant proelia. at* vespertilio, *vari*os eventus timens, | *ut cuique maior spes erat victoriae, | modo huic, modo illi parti sese immiscuit.* | in pac*is* cum redissent *bellantes statum*, | damnatus *ille proditionis* crimine, | *utraque a gente et in perpetuum exclusus est.* [*ita solus caecis* nocti*bus semper volat.*]

a 60 Pulex et camelus. cf. huius libri p. 42.

Culex dum forte in cameli dorso morasset cum omnibus sarcinis : Deinde saliens dixit · Ideo me ocius ad terram mitto. ne te atritum gravem · At ille · Gratum est inquit · Sed nec imposito te sentire pondus potui · nec deposito habere levamen. | Qui se superiori absque ordine coaequare nititur · in despectu notatus devenit.

haec eadem sic castigavi et aptavi senariis p. 43 huius libri:

*P*ulex erat cameli dorso in sarcinis . | [illi,] inde saliens dixit | »ideo me ocius | ad terram mitto ne ∪ te at*t*ritum gravem». | at ille »gratum est» inquit; »sed nec te [prius] | impositu*m* sens*i*, nec [nunc] deposito levor». | Qui se*se* aequare superiori nititur, | ∪ – notatus in despectum devenit.

haec eadem ex restitutione metrica Georgii Thiele Lat. Aesop p. ccxix:

Culex cameli dorso .... | *gravatus multis qui incedebat* sarcinis | *ad terram* saliens, »ideo me ocius | ad terram mitto .. attritum gravem». at ille, gratum est, inquit, sed nec te *ferens* | sentire pondus potui *nec te non ferens* ..... | nec *te* deposito habere .. leva*mi*nis. | qui se *sublimi, nullo* ... ordine | *iactat* no-

tatus in despectum devenit. — [— *te ferens* versus exitus non ad normam Phaedri factus: Havet § 54 p. 190.].

Videmus igitur Burmannum et Muellerum nec omnia Phaedri verba antiquitus tradita agnovisse nec recepisse, atque in eorum quae spreverant locum substituisse a Phaedro aliena permulta. itaque non Phaedrum quasi ex inferis excitasse, sed videntur pro Phaedro novicias ac suas quasdam fabulas protulisse.

Thielii vero studia restituendi metri Phaedriani duplici laborant incommodo . iam enim pro verbis Phaedri in a w r extantibus substituit sua, iam ita Phaedri verba removit ut nihil eorum loco poneret sed lacunam relinqueret, orationem discerperet, omnem intellegentiam tolleret . qua re sibi ipse eripuit, quod quidem ad Phaedrum solutum pertineret, omnem recensendi et iudicandi potestatem. quis enim diiudicet sintne an non sint sana quae non intellegat? quis autem intellegat ea verba quae non inter se ita sint apta et connexa ut ex iis efficiatur intelligibilis sententia?

Burmannus quam appendicem fabularum iambis magna ex parte incompositis vinctarum quasi auctarium Phaedrianae editioni anni 1718 addiderat, eam appendicem ab editione anni 1727 — quae prodiit Leidae ap. Luchtmans — exclusit. quod cur fecisset praefatione ipse significavit. nam cum D'Orville Neapoli aliquid appendicis Perottinae de codice N nuper invento ei misisset, ut vidit fabulam de vulpe et simia ibi esse breviorem quam ipse eam de Anonymo Nilantii olim edidisset, »in reliquis» inquit »me fabulis, quibus appendicem instruxi, longius saepe a Phaedri manu aberrasse, licet multae voces et locutiones eius sint servatae, nunc libens agnosco». quippe, si quis a manu Phaedri aberravit, incidit in paraphrasis errores. ergo nihil antiquius habui quam ut ne quod verbum fabulae prosariae omitterem quod esse posse Phaedri videretur.

PHAEDRI · SOLVTI · FABVLAE · XXX PHAEDRO · VINDICANTVR

Φ = Phaedrus non solutus
φ = Phaedrus solutus
a = codex Leidensis latinus Vossianus 8:o n:o 15, saec. XI ineuntis
w = codex Welferbytanus Gudianus latinus n:o 148, saec. X
r = Romulus. de cuius libris BMFVES vide Prolegomena.

φ I. a 4. MUS ET RANA.

Mus quo transire posset facili .. flumen
petiit ranae auxilium Illa posteriori cruri suo
lino alligat pedem priorem muris
et natantes venerunt in medio amnem ·
Mutata fide submersit se rana
et traxit secum sub aquis soricem ·
Quo mortuo surgiens cum fluctuaretur
conspexit praedam miluus volans ·
mure rapto comitemque ranam abstulit ·
Perfida quae vitam alteri ... erat.
Experto simul exitu ipsu consumpta est
qui nocent aliis ..... terimunt

Adnotatio. Hic debeo lectorem certiorem facere, quaecunque metri restituti inclinatis litteris scripta sunt, ea non esse antiquis libris tradita, sed correcturas aut coniecturas meas. quae quo facilius ab illis quae antiquitus tradita essent discernerentur, scripta sunt diverso genere litterarum.

Praeterea semel commemoro, quaecunque sine auctoris nomine in his fabulis suppleta aut correcta sunt, ea me supplevisse et correxisse. quamquam fortasse interdum me fugerunt aliorum corrigentium nomina.

Promythia nulla sunt in a, quae omnia ibi facta sunt epimythia. quorum quae in *Φ* fuerint epimythia, quae promythia, quoniam ignoro, nihil moveo.

Versuum 1, 10, 12 nonnullae litterae evanuerunt, quarum locos punctis notavi. versuum autem 4, 6, 8, 11 litterae nonnullae ita sunt evanidae ut tamen aliqua earum restent vestigia, sed incertae lectionis . quod punctis suppositis notavi.

V. **4.** *medio* a_1 : *mediu* a_2. — **7.** *Quo mortuo* a_1 : *Qua mortua* a_2. — ib. *surgiens* a_1 : *surgit* a_2. — **8.** *miluus* trisyllabum, v. ad. fab. XXVII. 3. — **10.** *alterius* paenultima brevi, ut *Φ* IV 9. 2, III 10. 55. — **11.** *exitum* scripsi : *exitu* a. — cf. *exitium Φ* I 31. 2, *Φ* II 9. 18. — ib. *ipsu cŝūpta* :

I. MUS ET RANA. *Metrum restitutum.*

Mus quo transire posset flumen facili[us],
Auxilium petiit ranae . *quae* cruri suo
Priorem muris alligat lino pedem.
[*Una*] natantes medium in amnem vener*ant*,
[*Cum*] se submersit rana mutata fide
[*Captivum*] et traxit secum sub aqu*a*s soricem.
Qu*i* [*post*] cum surgens fluctuaret mortu*us*,
Praedam volans conspexit [*illam*] milŭus
Comitemque, rapto mure, ranam [*ipsam*] abstulit.
[*Ita*] quae [*prodid*]erat vitam alterĭus perfida,
Experta exit*i*um [*et*] ips*a*, consumpta est simul.
Aliis nocent*es* [*scelere se in*]terimunt [*suo*].

sic ego codicis litteras evanidas legi: *ipsum ulta* Nilant et Thiele dubitanter.

Laciniae senariorum in a: 1 *Mus quo transire posset* ⏑ – ⏑ ⏑ –, 6 ⏑ – *et traxit secum sub aquas soricem.*

Vestigia pristinae dictionis in a 4.

Nonnullae voces fabulae a 4 cum sint communes universae antiquioris latinitatis, tamen casu hodie in *Φ* non reperiuntur: *lino natantes submersit soricem fluctuaret surgens* [*in*]*terimunt.*

Hae autem locutiones voces vocumque significationes extant et in a 4 et in *Φ*: *mus rana transire posset flumen auxilium petiit cruri priorem alligat pedem mutata fide traxit mortuus conspexit praedam milŭus rapto abstulit volans comitem perfida vitam alterius* [*prodid*]*erat experta simul consumpta est nocent aliis venerant in medium amnem secum sub aquas.* — 1 *quo facilius* ~ *Φ* IV 22. 3 *quo facilius.* — 2 *auxilium petiit ranae* ~ *Φ* IV 4. 4 *auxilium petiit hominis.* — 4 *medium in amnem* ~ *Φ* app. 5. 7 *in amne medio.* — 6 *sub aquas* = sub aquam ~ *Φ* app. 5. 10 *aquas* ~ aquam. — 9 *comitemque ranam* ~ *Φ* I 11. 3 *asello comite.* — ib. *abstulit* (*praedam*) ~ *Φ* I 5. 11 totamque *praedam* . . *abstulit.* — 11 *experta* exitium = passa exitium ~ *Φ* I 3. 15 *expertus* contumeliam, *Φ* app. 18. 17 haec *experiris* incommoda. — ib. *consumpta*

est = interiit ~ *Φ* I 27. 8, II 4. 23. — *simul* = unā ~ *Φ* IV 22 (23). 9 tempestas horrida *simul* et vetustas medio dissoluit mari.

De argumento.

Similiter atque a 4 Babrius solutus fabula 191 Crusii = 298 H = 245 C. — aliter vero Romuli I 3 BMFS, quod facit vivum murem a milvo esse correptum, cum ranae sub aquas trahenti reluctaretur, quod sic

φ II. a 6. GALLI ET ACCIPITER.

Gallus dum cum alio g. sepius intenderet pugnam
requirit accipitrem sibi vindicem ·
Accp. vero sperab ut dum ambo ad eum veniss. ipsum qui secum exhiberet devoraret
Cum venissent ante iudicem ut causam suam exponerent · accp. ipsum compre qui eius primo petierat forum ·
At ille clamab. non sum ego. sed ille qui fugam petit;
Cui acc · dix · Non tu credas ex meis unguibus
hodie liberari · quia quod tu alio intendere voluisti · equum est ut ipse sustineas
qui aliorum necem tractant
et de ipsorum quid agatur ignorant ·;

Adnotatio. **2.** *ultro* addidi; cf *Φ* II 8. 6, III 7. 21, III epil 21. — **9.** *ne credas* Burman: *non credas* a. — **10.** *posse* add. Burman. — *alteri* Burman: *alio* a. — **11.** *malum* addidi. *sustineas malum* ut *Φ* I 2. 31 hoc *sustinete malum*. — ·

Dictionis Phaedrianae memoriam huius quoque fabulae verba, quamvis interpolata, magna ex parte conservant. sed, quod in v. 12, *tractant* non est in *Φ*. quod tamen similiter dicit Ovidius a. a. I 177 sqq »Ecce parat Caesar domito quod defuit orbi Addere ... Bellaque non puero *tractat* agenda puer». — iam, quod est in 1, *intendit* (*intenderat* a) pugnam et v. 11 *intendere* (malum), videtur casu factum esse ut *intendere* non item extaret eodem modo dictum in iis quae hodie restant ex *Φ*. neque enim dubium est quin Phaedri quoque aetate rite et usitate dici potuerit *intendere pugnam* et *intendere malum* alicui, cum Terentius dixerit *fallaciam intendere,* Cicero *litem actionem periculum* alicui *intendere,* Livius *bellum,* Curtius *dolum,* Suetonius *crimen* alicui *intendere*. — ceterae vero omnes voces et locutiones quae sunt in hac fabula a 6, eae sunt etiam in *Φ*. quae longum est enumerare omnia. haec tamen commemoro, ut notabilia. v. 1 *pugnam* (gallorum) ~ *Φ* I 30. 2 *pugnam* (taurorum). — *saepius* = saepe ~ *Φ* app. 13. 21. — 2 *requirit* vindicem ~ *Φ* I 31. 2 auxilia *requirit*. — ib. *vindicem* = de-

codice Romuli B narratur: (mus) »*ille* **validius dum* **tenderet* (sic scripsi: *validus dum teneret* B) *vires, milvus e contra volans murem cum unguibus rapuit, simul et ranam pendentem sustulit.*« cui narrationi similiter narrantem Aesopum iacit vita Aesopi Planudea. ex quo colligimus Romulum hoc non ipsum invenisse, sed aliunde sumpsisse. verum Romuli libri hac re non congruunt. nam Romuli codices VE Romuleam narrationem cum Phaedro (i. e. cum φ) contaminarunt.

II. GALLI ET ACCIPITER. *Metrum restitutum.*

Gallus dum gallo pugnam intendit saepius,
[*Ultro*] requirit vindicem accipitrem sibi,
Sper*ans* accipitrem devorat*urum* [*ilico*]
[*Gallum*] ill*um* secum qui exhiberet*ur* [*simul*].
Accipiter, cum venissent causam exponere,
Ipsum comprendit qui forum eius petierat.
At *hic* clamabat: »[*mitte, rapiendus tibi*]
Non ego, sed ille [*gallus*] qui petĭit fugam«.
Accipiter: »[*posse*] n*e* unguibus credas meis
[*Te*] liberari; quia, quod voluisti al*teri*
Intendere, aequum est ipse ut sustineas [*malum.*]«
[*Haec in malos,*] qui tractant aliorum necem,
Ignorant [*vice*] de ipsorum quid agatur [*pari*].

iensorem ~ Φ app. 8. 31 *vindicasti* = defendisti, IV 30 (V 2). 3 *vindicavit* (= defendit) sese forti dextera. — 4 *exhiberetur* ~ Φ IV 24. 25, 26 (= III epil.) 9. — 5 *causam* (ante iudicem) exponere ~ Φ I 10. 7 *causam* (ante iudicem) cum perorassent. — ib. *exponere* ~ Φ app. 13. 27, III 10. 2, IV 15 (16). 2. — *ipsum* = eum ipsum ~ Φ IV 11. 2, V 1. 10. — ib. *comprendit* = prendit ~ Φ III 5. 10 *comprensus* = prensus. — ib. *forum* = iudicium vel iudex ~ Φ III 13. 3 lis ad *forum* deducta est vespa iudice. — ib. *eius petierat forum* ~ Φ IV 4. 4 *auxilium petiit hominis.* — 7. (gallus) *clamabat* ~ Φ III 16. 7 cicada *clamare* coepit, I 2. 11, 6. 4 *clamorem* ranae sustulerunt, I 11. 6 *clamorem* auritulus (i. e. asinus) *tollit.* ubi verbum *clamandi* et vox *clamoris* usurpatur de bestiis magnam vocem edentibus. — 9 *unguibus* ~ Φ. — 10 unguibus *liberari* ~ Φ III 2. 10 fovea sese *liberat.* — 11. *sustineas malum* = patiaris malum ~ Φ I 3. 11 tristem *sustinuit* notam = tr. passus est notam. — I 2, 31 hoc *sustinete malum.*

Iam pauca de argumenti tractatione . versus 9, 10, 11 habent adloquium id quod vim fabulae doctrinamque contineat . illud vero memorabile imprimis atque in proprietatibus Phaedrianae artis scientiaeque, tristioris sane austeriorisque, ponendum, quod poeta hoc ipsum docentem facit malam bestiam, dum poenam exercet ipsa lani-

ando devorandoque. quid? quod cum tali adlocutione poena exigitur non modo malitiae, quod fit hoc loco, verum etiam, idque saepius, simplicitatis atque innocentiae; ut fabulis *Φ* I 5, 8, 19, IV 19, app 24. eiusdem tristitiae acerbitatisque ducendum quod bestia bestiae reprehensor exsistit dum eius cadavere epulatur; ut *Φ* I 27 et *φ* VIII (= a 34).

Hoc denique etiam numerandum est inter indicia originis Phaedrianae, quod galli venientes ante iudicem iudicisque munere fungens

φ III. a 8. COCLEA ET SPECVLVM.

Coclea repperit spiculum
Quem dum nimium fulgere vidisset
adamavit eum· Et statim adscendens super
eius orbe | coepit eum delingere·
Nil vero ei visa est contulisse·
nisi ut splendorem salivis vel sordibus pollueret.
Simia invenit eum taliter inquinatum
et ait· Qui talibus se calcari permittunt·
talia sustinere merentur.
..... mulieribus
quae se stultis et inutilissimis viris coniungunt;

Adnotatio. **1.** *Cŏclea* (cŏchlea *κοχλίας*) antepaenultima brevi, ut apud Horatium et Martialem. quae antepaenultima ante mutam cum liquida sub ipso ictu corripitur, ut eodem versus loco *lăcrimas* *Φ* IV 17 (18). 4 Inter vectorum *lăcrimas* .., et *prŏprium* *Φ* I 4. 1 Amittit merito *prŏprium* .. — ib. *Humo relictum* addidi ~ *Φ* I 18. 3 p *Humo iacebat* (item Ovidius T. V 3. 12 *humo* = humi). *Iacentem in horto* addidit Havet rev. crit. XXI. 45 (1897) p 315. — **2.** [*Vitore*] addidi ~ *Φ* I 13. 6, III 18. 7. — **3.** [*Mirans*] addidi ~ *Φ* I 12. 5 (in fontis speculo) dum ramosa *mirans* laudat cornua, app. 4. 14 *Mirans* Prometheus tantam similitudinem. — **4.** [*splendidum*] ~ *Φ* app. 14. 6 *splendens* (*splendidi* NV). — **5.** [*blanditiis adsiduis*] ~ *Φ* I 19. 1. — **7.** *simius* scripsi, ut semper *Φ* w r : *simia* a, ut semper. — **9.** [*iniurias*] ~ *Φ* app. 27. 2, I 5 3, I 21. 6. — **10.** [*Haec illis dicta fabula est*] si vere addendum esse conieci, epimythium est similiter conformatum ac *Φ* I 7. 3 sq *Hoc illis dictum est* quibus honorem et gloriam Fortuna tribuit, sensum communem abstulit, et *Φ* IV 7. 25 *Hoc illis dictum est* qui stultitia nauseant. cf. etiam *Φ* I 22. 10 sqq, IV 23 (24), 3 sq. — **11.** *nequam* scripsi : *inutilissimis* a. cf. *Φ* app 25. 1 servus *nequam* .. uxorem domini quod corrupisset sui .. (Socrates) »Places tibi» inquit »nam cui non debes places«.

V. 2 in a senarii pars manet : ⏑ – ⏑ – ⏑ *et statim adscendens super*. alii vero senarii facile redeunt oratione purgata. quamobrem, quo facilius revocarem cum verbis pristinis pristinos numeros, haec excre-

accipiter inducitur. amat enim Phaedrus narrare iudicia causasque bestiarum in iure iudicioque versantium; ut Φ I 10, 17, 16, III 13.

Postremo non possum assentiri Georgio Thiele hanc fabulam esse ex Phaedro et altero fonte contaminatam. neque enim ulla sunt in hac fabula indicia aut signa contaminationis, neque nisi in a codice extat haec fabula.

III. COCLEA ET SPECVLVM. *Metrum restitutum.*

[*Humo relictum*] cŏclea speculum repperit.
[*Nitore*] quod fulgere *magno* dum videt,
[*Mirans*] adamavit. et statim adscendens super,
Orbem eius coepit [*splendidum*] delingere.
Sed contulit [*blanditiis adsiduis*] nihil
Nisi sordibus splendorem ut pollueret [*linens*].
Id sic invēnit inquinatum simius.
»Qui tali se calcare permittunt« ăit
»Tales merentur sustinere [*iniurias*]«.
[*Haec illis dicta fabula est*] mulieribus,
Quae stultis sese et *nequam* coniungunt viris.

vi, ut non Phaedriana sed posterioris aetatis : v. 1 sq *spiculum* .. *quem* = speculum .. quod, 2 *dum vidisset* = dum videt, *nimium* = (nitore) magno, 5 nihil *visa est* ei *contulisse* = nihil ei contulit, 7 *eum* (speculum) = id, 8 qui talibus se *calcari* permittunt = .. calcare permittunt. nam *calcari* et *calcare* scriptione sexti saeculi scribebatur promiscue.

Illa autem quamquam hodie non extant in Φ, tamen non spernenda sunt, quasi Phaedro posteriora, cum Phaedri aetate fuerint usitata et proba : v. 1 *cochlea* (*coclea*) item Cicero Nepos Horatius Vergilius Ovidius — 3 *adamavit* contemptive dictum adsignificat levitatem; ut Ovidius Tr. III 4. 27 »si filius eius stultus Achilleos non *adamasset* equos«; et Petronius 110 »multa in muliebrem levitatem, quam facile *adamarent*«. — 4 *orbem eius* (speculi) = speculum, poetice; ut Vergilius A II 227 *orbe clipei* = clipeo, Martialis IX 17. 5 *orbis* nitidus = speculum. — *delingere* item Celsus III 22 p 138. 4 Mx sucus .. marrubii .. eius cochleare plenum paulatim *delingatur*. — 6 *sordibus* etiam Horatius et Ovidius. carent eo Vergilius Tibullus Propertius, apud quos tamen, ut in Φ, sunt *sordere sordidus*. — 8 *calcare* non dubium est quin fuerit in Φ, cum sit in φ IX 1 spinam *calcavit* et φ XXIV 8 stirpem *calcasse*. —

Haec autem vocabula etiam in Φ extant: [*humo relictum*] *speculum repperit dum videt statim ascendens super eius coepit sed contulit* [*blanditiis adsiduis*] *nihil nisi ut splendorem pollueret invenit inquinatum simius qui se permittunt ait mulieribus quae stultis se*[*se*] *et* [*nequam*] *coniun-*

gunt viris. — V. 1 cochlea speculum *repperit.* similiter *Φ* I 27. 3 Humana effodiens ossa thesaurum canis *invenit,* III 12. 1 In sterquilino pullus gallinacius .. margaritam *repperit,* V 6. 1 *Invenit* calvus forte in trivio pectinem, *φ* XIII 2 Nido lusciniae parvos accipiter .. pullos *invenit, φ* XXX 1 gladium *invenit* in via. — 3 *super* ut h. l. ad finem versus est relegatum, ita *Φ* I 27. 8 .. quem stans vulturius *super* |, *Φ* II 6 11 .. suadet ut scopulum *super* |. — 6 *splendorem* ~ *Φ* III 12. 5 *splendorem* margaritae. — *sustinere* = pati ~ *Φ* I 3. 11.

Iam pauca de argumenti tractatione. quod simius in hac fabula partes agit iudicis, id. ut observavit Thiele p. 29, simile est fabulae *Φ* I 10. — duplex videtur huius esse vis fabulae. quae testimonio est et pollui purum impuri contagione; et qui non valeat a se defendere vim suis viribus, eum, quamvis innocentem, pati con-

φ IV. a 13. MVRES VRBANVS ET RVSTICVS.

hospitio quondam mus urbanus exceptus est rustici
et humili glande caenavit· Causam
perfecit· perduxit precibus post in urbe rusticum.
cellamque intravit plurimo refertam cibo
In qua cum variis perfruitur.
hostiis cellarario repulsis
. . . . . .
. . . . . .
urbanus nota facile se abscondit caverna.
At miser rusticus ignota trepidat domo.
mortemque metuens circa parietes cursitat·
Cellararius quae voluit sustulit·
clausitque limen· Iterum urbanus rusticum
ad escam hortatur· At ille· Vix possum· valde perterritus
Putasne veniet ille? tantum ergo metuens ait.
: . . . . . .
Haud has tu poteris invenire delitias·
Cui rp· . . . . . .
. . . . . .
me glans securam pascat et liberam;
quia melius est in paupertatula sua secum vivere.
quam divitiarum carpi sollicitudine

Adnotatio. V 2. *casa* scripsi: *causam* a. correxi collato w, ubi sic est: *Mus urbanus .. sic hospicio susceptus est .. a mure agrario ut*

tumelias et iniurias . quod Phaedrus, ut erat tristis iudex rerum humanarum rerumque naturae, frequentibus fabularum ostendit exemplis. ut fabulis *Φ* I 1, 6, 9, 5, 15, 17, 19, 21, 30, 31, IV. 1, app. 15, 16, 18, 19, 22, 24, *φ* I, X, XIII, XV, XVI, XVII, XXV, XXIX. eiusdem est austerae tristisque sapientiae quod ipsa calamitas tanquam culpa misero imputatur. quod, quemadmodum in hac fabula *φ* III de coclea et speculo, fit item fabulis *Φ* I 12, 31, IV 19, *φ* XVII. quod commemoro, non quod Phaedrus omnia talia excogitarit — quod negat ipse — sed quod talia argumenta amat et frequenter adhibet. etenim Phaedri ioci — quos *iocos* nominans nomine utor ipsius, namque IV 7. 2 suos ipse fabulas iocos nominat — sed ioci Phaedri mixti sunt amaritudine quadam profecta a gravi dolore animi, quasi is iocetur qui duram omnis vitae condicionem intimis sensibus penitus perceperit.

IV. MVRES VRBANVS ET RVSTICVS. *Metr. restit.*

Hospitio quondam mus urbanus rustici
Exceptus humili glande cenavit casa.
Perduxit precibus post in urbe*m* rusticum.
Refertam intravit plurimo cellam cibo.
In qua *d*um variis [*escis*] perfruitur [*libens*],
[*Venit*] repulsis ostiis cellari*us*.
[*Timuere* mures, illo strepitu territi]
[Fugam*que* per diversa ceperunt loca.]
Urbanus noto facile se abscondit cavo.
At miser ignota rusticus trepidat domo,
Mortemque metuens cursat circa parietes.
Quae voluit [*inde*] sustulit cellarius
Clausitquę limen. iterum urbanus rustic*u*m
Ad escam hortatur. ille *sed* perterritus
»Vix possum» ait. »putasne ven*turum virum?*»
[Urbanus: »nil verearis. fruere *e*scis bonis.]
Haud has [*domi*] delicias invenies» ait..
Cui rusticus: [»tu potius his fruere omnibus,]
[Que*m* non *de*terret mort*i*s *perpetuus* timor.]
Me [*ruri*] pascat glans secur*u*m et liber*u*m».
Securum in paupertate *praestat* vivere
Quam divitiarum carpi sollicitudine.

in qualicunque **brevi casella** *glandem et hordeum exhiberet.* ergo ut in **w** *brevi casella* ita in **a** codice *humili casa* — si tamen vere cor-

rexi — dicitur. itemque Vergilius Buc 2. 29 *humilis* habitare *casas*. et ut Φ I 19 quod v 9 *cubile* (canis), id v 4 *tugurium* dicitur, ita muris cubile *casa* hoc loco nominatur. item *domus* nomen cubili vel cavo muris inditum est a poetis. Symphosius quidem AL 286 XXV R murem sic dicentem facit: »parva mihi *domus* est, sed ianua semper aperta». et formicae caverna *domus* dicitur Φ IV 24. 21. — versus 7, 8, 16, 18, 19 supplevi ex **w**. unde quae supplevi, ea litteris rectis, inclinatis mea supplementa signavi. — v **7** et **8** sic **w**: *illi stepidum mures territi fugam per diversa ceperunt loca.* — v **9** *cavo* Heraeus: *caverna* **a**. cf. Φ II 4, 17, IV 6. 3. — *sed* postpositivum et insertum, ut Φ IV 11. 18 fatorum dicto *sed* punitur tempore. — **16.** *escis* scripsi: *istis* w. — **18.** *omnibus* w^2: *omnia* w^1. — **19.** sic w: *que nec mors timore cotidianis videre terrere.* — **21.** *securum* w^2: *secum* a.

Senarii huius fabulae in **a** tres manent integri: v 3 *Perduxit precibus post in urbem rusticum,* 13 *Clausitque limen. iterum urbanus rusticum,* 22 *Quam divitiarum carpi sollicitudine;* — tres paene integri: 1 *Hospitio quondam mus urbanus* – ⏑ –, 8 *Fugam*[*que*] *per diversa ceperunt loca* (*Fugamque* scripsi: *fugam* w), 9 *Urbanus noto facile se abscondit* [*cavo*], ubi *cavo* Heraeus: *caverna* **a**.

φ V. a 17. ASINVS BLANDVS.

Asinus cotidie videbat catellum blandiri dominum et de mensa saturari. et a familia illi largiri plura.

Sic dixit as. Si canem immundissimum
sic diligit dominus meus et familia
... et si obsequium illi fecero.
qui multo plus melior sum quam canis et multis rebus laudabilior et valde utilis·
aqua sanctis fontibus alor cibus mihi mundus datur.
melior sum catello. meliori vita frui
possum. et maximum honorem habere.
Cum haec as. cogitaret vidit
dominum introire. Cui occurrit velocius
et clamans prosilivit et ambos pedes super humeros domini sui imposuit cumque lingua linguens
et ungulis vestem discerpens
dominum suo fatigat pondere·
Clamore domini concitatur omnis familia.
fustes et lapides arripiunt
et super asinum insurgunt. Fatiunt debilem.

Dictionis antiquae vestigia cum multa tum haec manent. v. 1 *hospitio exceptus* ~ Φ I 12. 9 silva (hospitio) *excepit* ferum, II 8. 16 *hospitium*. — ib *quondam* primae narrationis ~ Φ I 6. 3, 24. 2, 28. 3.. — *rustici* (muris) ~ Φ IV 24. 10 *rustica* (formica). — 2 *humili* i. e. paupere (casa) ~ Φ I 27. 2 *humiles* i. e. pauperes, item I 30. 1. — 3. *perduxit* in urbem rusticum ~ Φ III pr 28 Sinon ad regem cum Dardaniae *perductus* foret. — 4. *intravit* cellam ~ Φ III 10. 21 *intravit* ianuam, III pr 16 *intrare* Musarum limen. — 5 perfruitur [*libens*] ~ app. 8. 30 corona te dono *libens*. — 7 *strepitu territi* ~ Φ I 15. 5 is hostium *clamore* subito *territus*. — 10 sq. (*mus*) .. *trepidat* .. cursat *circa* parietes ~ Φ IV 6. 1 sq. Cum *mures* .. fugerent et artos *circum trepidarent* cavos. — 15 *Vix possum* ~ Φ V 9. 2 *vix posset*. — 17 delicias *invenies* i. e. delicias nancisceris ~ Φ V pr (= IV 28). 4 sq. quidam artifices pretium operibus *inveniunt* novis si marmori adscripserunt Praxitelen suo, I 31. 2 auxilia dum requirit exitium *invenit*. — 19 *Me pascat* glans, cf. Horatius C. I 31. 15 *Me pascunt* olivae, me cichorea levesque malvae.

V. ASINVS BLANDVS. *Metrum restitutum.*

Asinus catellum domino blandiri [suo]
Videbat et de mensa saturari [*datis*]
Cotidie, largiri plura et familia*m*.
Sic dixit asinus: »si canem immundissimum
[*Hunc*] diligit sic dominus meus et familia,
[Quanto magis me] o*ffici*um si illi fecero.
Qui can*e* sum melior, rebus multis utilis,

Aqua sancti fontis cibus [*et*] mihi mundus datur.
Meliore, [*quod*] sum melior, *me* vita frui
Mihique honorem *tribui* maio*re*m *decet*.«
Cum cogitaret asinus haec [secum], videt
Dominum intrōire, occurrit cui velocius,
Clamans prosiluit, ambos imposuit pedes
Humeris [*priores*], lingua eum lingens [linit];
Vestem[*que* maculans] et discerpens ungulis,
Dominum fatigat pondere [*incumbens*] suo.
Clamore domini concitatur familia,
Fustes et lapides omnes arripiunt [*cito*],
Super asinum insurgunt, [*plagis*] faciunt debilem,

membris costisque confractis abitiunt ad praesepia lassum atque semivivum ·
22 nequis indignus ingerat ut melioris offitium fatiat.

Adnotatio. Hanc eandem fabulam similiter comparatam w et r habent. unde quaecunque ad supplendum et corrigendum attuli, ea litteris rectis, mea autem supplementa scripsi litteris inclinatis. — **1.** *domino suo* F : *dominum* aw$_2$BMSVE : *domino* w^1. — **2.** *de mensaque* S : *et de mensa* awBMF : *eumque ex mensa* VE. — **6.** *officium si illi fecero* scripsi (cf v 22 et Horatius Ep. I 17. 20 ut me .. alat rex *officium facio;* ubi Horatius dicit officium clientis patronum salutantis et colentis) : *si obsequium illi fecero* **a.** quod posterioris latinitatis fuit, non Phaedri aetatis, *obsequium* dicere quasi officium. — *quanto magis me* add BVE : *quanto me magis* w^2, om **a.** — **11.** *secum* add BFSVE, om awM. — ib. *cogitaret* a^{1}wBF : *cogitasset* a^{2}SVE. — **12.** *introire* aBMVE : *retroire* F : *intrare* w^2. — **12.** *Dominum introire occurrit cui velocius* senarius caesura semiquinaria latenti in elisione ante semiseptenariam; ut *Φ* V 9. 4 et 5 *Tace» inquit, »ante hoc novi tu quam natus es». Qui doctiorem emendat sibi dici putet,* IV 4. 7 *Lactor tulisse auxilium me precibus tuis,* III 8. 12 *Amplexus ille utrumque et carpens oscula.* — **13.** *prosiluit* wMS : *prosiliit* VEF : *prosilivit* aB. — **14.** *lingua eum lingens linit* B : *cumque lingua linguens* a : *lingua .. lenit* w. — **17** *familia* FVE : *omnis familia* aBMS : *omnes familia* w. — **20.** *fractis* BMSFVE : *confractis* a : *fractibus* w. — **19** [*plagis*] *faciunt debilem,* cf *Φ* IV 1. 6 is [asinus] cum labore et *plagis* esset mortuus. — **22.** *meliori* S : *melior* w : *melioris* alii.

Senarii fabulae prosariae duo manent integri : 4 *Sic dixit asinus si canem immundissimum,* et 17 *Clamore domini concitatur familia* (Sic FVE : *omnis* (*omnes*) *familia* ceteri). plures paene integri : 5 [*Hunc*] *diligit sic dominus meus et familia* (*sic diligit* awr), 12 *Dominum introire . occurrit cui velocius* (*cui occurrit* a : *occurritque* r), 14 *Humeris* ⏑ – ⏑ *lingua eum lingens linit* (sic B, v. adn crit), 18 *Fustes et lapides* ⏓ ⏑ *arripiunt* ⏑ –, 19 *Super asinum insurgunt* ⏓ ⏑ *faciunt debilem,* 20 *Membris costisque fractis* ⏓ – ⏓ ⏑ ⏓ (v. adn), 21 *Lassum atque semivivum* ⏓ – ⏓ ⏑ ⏓.

Iam pauca de elocutione

Sunt huius quoque fabulae vocabula quae quamvis in *Φ* non iam extent, tamen, cum fuerint aetate Phaedri usitata, a Phaedro non abiudicanda esse videantur : *catellum largiri* (at *largus* est in *Φ*) *mundus immundissimum introire prosiluit lingens linit insurgunt semivivum lassum* (= aegrotum, fractum, ut Ovidius Petronius aliique) *saturari* (quod est etiam *φ* XIV 22 *saturavit* et *φ* XXIV 12 *saturabatur;* non est igitur dubium quin olim fuerit in *Φ* pleniore).

Ceterae voces et locutiones huius fabulae sunt etiam in *Φ*. unde haec ut similia adnotavimus. v 1–3 *catellum domino blandiri et de mensa saturari; largiri plura et familiam* ~ III 9. 21 (cani) *adfertur ultro panis, de mensa sua dat ossa dominus, frusta iactat familia.* — ib *blandiri* domino ~ *Φ* app 24. 6 scio .. cui dolosa *blandiar,* app 27. 1 cum *blandiretur* iuveni meretrix perfida. — 5 Hunc *diligit sic* dominus ~ *Φ* app 30. 8 ego te *multum diligo* propter quietos mo-

Membris costisque fractis ad praesepia
Lassum atque semivivum [*postremo*] ăbiciunt.
Meliori indignus nequis officium ingerat.

res. — 6 *Quanto magis* . . ! (exclamantis) ~ *Φ* III 7. 13 *Quanto facilius* . . !, IV 26 (III epil). 23 *Quanto iustius* . . ! . — ib *utilis* = (servus) qui operam utilem praestet ~ *Φ* IV 4. 8 (homo equo) didici quam mihi sis *utilis*. — 8 *sancti* fontis ~ *Φ* IV 11. 4 *sancta* Religio, III pr 18 *sancta* Mnemosyne, V 4. 1 *sancto* Herculi. — 9 *meliore vita* = meliore vitae condicione ~ *Φ* IV 18. 1 sq Canes legati misere ad Iovem *melioris vitae* tempus oratum sibi. — 16 *fatigat* = molestus est ~ *Φ* IV 20. 24 caelum *fatigas* sordido periurio = caelo molestus es s. p. — fatigat *pondere* ~ *Φ* II 6. 10 gravi nequiquam te lassabit *pondere*. — 17 *Clamore* domini *concitatur* familia ~ *Φ* V 5. 11 Dispersus *rumor* civitatem *concitat*. — *familia* = servi domus dominive alicuius ~ *Φ* II 8. 26 quem convocata iubet occidi *familia*. — 18 *fustes* et *lapides* ~ *Φ* III 2. 4 alii *fustes* congerunt, alii onerant *saxis*, III 5. 2 *lapidem* impegerat. — 19 (asinum plagis) *faciunt debilem* ~ *Φ* app 10. 11 qui calce et cornu multos *reddit debiles*. — *ad praesepia* (pluraliter more poetarum = ad praesepe) ~ *Φ* V 9. 2 (taurus) cum vix intrare posset *ad praesepia*. — 21 (*asinum*) *abiciunt* (neglegenter) ~ *Φ* IV 2. 12 mustela . . se . . obscuro loco *abiecit* neglegenter. — 22 *ingerat* = obtrudat ~ *Φ* app 21. 10 (corvus viatori) »ave» usque *ingessit*.

Haec asini domino blandientis fabula est ex eo genere fabularum quae monent ut terminis a natura constitutis se quisque contineat. cuius generis in *Φ* sunt fabulae I 3, 24, 27, III 18, IV 18, app 1 et 3. quarum fabularum argumenta tractans Phaedrus, qua est austeritate ac severitate res humanas iudicandi, saepius sub aspectu tristi considerat. nam condicionem rerum humanarum esse eam existimat, ut qui natus sit humilis, ei manendum sit in humilitate; et qui ad miseriam, ei in miseria. itaque *Φ* IV 1. 1 »qui natus est» inquit »infelix non vitam modo tristem decurrit, verum post obitum quoque persequitur eum dura fati miseria». quod ut illustraret, et illā fabulā et hac, de qua nunc quaerimus, exemplum asini protulit. verum tamen ita in utraque hac fabula, ut in aliis fabulis asininis I 11, 15, 29, app 12 (asinus ad lyram), salibus facetiarum ipsa tristitia conspersa est. asinum enim Phaedrus miseratur et ridet. itaque haec de asino blando fabula consiliis asini diligenter accurateque perpensis eventum miserabilem opponit. est in hac fabula alterum quoque par contrariorum arte magna elaboratum. unum enim genus est vernae vel pueri delicati, quod sub persona catelli hac fabula inducitur; cui alterum sub persona asini opponitur genus de familia rustica. qui servus multo melior est illo vernula, sed incultior atque inconcinnior. talis servus infimae condicionis ipsa miseria hebetior et malis durior factus est, ut fati saevitiam ferat corde durato. itaque *Φ* I 15 asellus in prato dum pascitur, latrones advenientes non fugit; nam »quid» inquit »refert mea cui serviam, clitellas dum portem meas?» quapropter, quod dis iniquis natus et servitutis durae patiens est, idcirco habetur despectui. itaque *Φ* I 29. 10 aper asino petulanti »facilis» inquit »vindicta est mihi, sed inquinari

nolo ignavo sanguine». et in fabula graeca 346 C (3 H) senex rusticus cum asellis de rupe praeceps cadens clamat: *ὦ Ζεῦ τί ποτέ σε ἠδίκησα, ὅτι οὕτω παρὰ λόγον ἀπόλλυμαι, καὶ ταῦτα οὔθ' ὑφ' ἵππων γενναίων οὔθ' ἡμιόνων ἀλλ' ὀναρίων εὐτελεστάτων*; denique *Φ* I 11. 14 leo asino »nisi nossem» inquit »tuum animum genusque, simili essem in metu». cf. etiam *Φ* I 21. 10. videmus igitur qualem in *Φ* talem asinum in hac *φ* V fabula describi.

Sive igitur senariorum vestigia colligimus sive verba sive res examinamus, eodem adducimur, hanc quoque fabulam sumptam esse de thesauris Phaedrianis. — quod Thiele p. LVII negat. quod cur neget affert has duas causas. unam quod sit haec fabula longior verbisque magis dilatata quam fabulae Phaedri; alterum quod sit exornata rhetorice, non item fabulae Phaedrianae. quod utrumque

φ VI. a 18. MVS ET LEO.

. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
Dormiente leone in silva mures agrarii ludentes. unus ex eis
super leonem non voluntate transiit·

Experrectus leo celeri manu miserum murem apprehendit· Ille
rogabat veniam sibi dari
quia non voluntate fecerat.
Leo cogitab. si occideret.
crimen esset et non gloria;
Ignovit et dimisit· post paucos dies
leo in foveam cecidit.
Captus mugire coepit· Mus ut audivit·
cucurrit . . . . . .
ubi captum cognovit . . . ait·
Non sum immemor beneficii tui·
. . . . . .
Tunc illius ligaturas
lustrare coepit. nervos secare.
et laxare illius artis ingenia.
Sic mus leonem captum. liberum silvis restituit.
ne quis minimos laedere praesumat;.

Adnotatio. V. 1—3. Ex w promythium adieci. *Simplicitas peccans si rogat veniam impetret* scripsi: *De siccitate qui peccat habent veniam si ro-*

Thiele errat. neque enim haec fabula est longior neque verbis plus dilatata quam multae fabulae Phaedri, nec vero rhetorice exornata. in qua rhetoricus est nullus ornatus, sed eadem in hac quae in plerisque Phaedri fabulis grata simplicitas, nuda venustaque oratio. quod autem in hac fabula cogitationes et consilia aselli lepide salseque describuntur, talis descriptio, quamvis brevis plerumque — nam Phaedrus scit multum paucis verbis indicare — cum inest in aliquot fabulis Phaedri tum in quibusdam copiosius diligentiusque elaborata. exempli causa commemoro *Φ* I 2, 23, IV 18, II 8, III 7.

Postremo collatis fabulis graecis apparet Phaedrum proprio Marte suoque modo hoc argumentum ita tractasse ut arte et ingenio fabulam 331 H prosariam vinceret, Babrii 129 aequaret.

VI. MVS ET LEO. *Metrum restitutum.*

[Si*mpli*citas peccan*s* si rogat veniam *impetret.*
Et [*ipsa rursus*] ubĭ potest reddat vicem;
Ut adtestatur haec [*Aesopi*] fabula.]
[*Circum*] leone*m* dormiente*m* agrarii
Mures *dum* [*forte*] ludunt in silva, ex eis
Imprudens unus transiīt *illum* super.
Murem experrectus [*hunc*] leō celeri manu
Miserum prehendit. *nus* dari veniam rogat;
Fec*isse* qui*ppe* non voluntate [*inscium*].
Leŏ cogitabat, [*supplicem*] sĭ occideret,
[In tali] crimen esse [re], non gloriam;
Ignovit et dimisit. post paucos dies
[*Imprudens idem*] cecidit in foveam leo.
Captus rugire coepit. ut mus audiit,
[*Inquirere ad*]cucurrit [id quid*nam* foret].
Captum ubĭ cognovit, »[non est quod timeas]» ait;
»Non immemor sum [*tantī*] beneficii tui;
[Tibi *ergo* reddam gratiam *meritis* parem».]
Tunc [*cuncta cursans*] illĭus liga*mina*
Lustrare coepit. [*dentibus*] nervos seca*t*
[*Nodorum*] et arte *nexa* laxa*t vincula.*
Silvis leonem sic restituit liberum.
Ne quis minores laedat [monet haec fabula].

gat w¹. — *adtestatur*: || *testatur* w, *ad* eraso. — **6.** *transiīt* ultima longa, ut *Φ* IV 4. 5 *rediīt*. — ib *illum super*, ut *Φ* I 27. 8 *quem .. super*, II 6

11 scopulum *super*. — **8** *rogat* w : *rogabat* a. — **9.** [*quippe*] postpositivum, ut *Φ* I 28. 7. — ib *inscium* = imprudentem, ut *Φ* IV 9. 3. — **11.** *in tali re* add r : *in tale* add w : om a. — **13.** *Imprudens idem* addidi ut senarium explerem. cf. *Φ* III 2. 2 Panthera *imprudens* olim in *foveam decidit*. — **14.** *rugire* rw² : *rugere* w¹ : *mugire* a. — **15.** [*inquirere ad*]*cucurrit id quidnam foret* conieci : *adcucurrit quid ad feros* w : *cucurrit* a. cf. *Φ* app. 7. 3 scire ergo cupiens *quidnam* sentiret senex. — **16.** *non est quod timeas* add wr : om a. — **19–21.** De talium laqueorum nervorumque arte Grattius Cyneg. 89 sq. — **23.** *laedat* rw : *laedere praesumat* a. — ib. *minores* M : *mĭnorem* S : *mĭnĭmos* aBF : *mĭnĭmum* VE. — *monet haec fabula* add r : om a. — **18.** *reddam parem gratiam tibi* (vel *p. g. t. r.*) wr : om a.

Senarius unus manet integer in prosaria fabula v 12 *Ignovit et dimisit. post paucos dies.* plures vero paene integri. ut v 2 *Et* – ◡ – ◡ *ubĭ potest reddat vicem*, 14 *Captus rugire coepit . ut mus audĭt* (*ut mus* scripsi : *mus ut* a), 23 *Ne quis minores laedat monet haec fabula* (sic fere r, aliter a). 10 *Leŏ cogitabat* ⏑ ◡ – *si occĭderet.*

Quod ad dictionem attinet, praeter morem Phaedri haec dicuntur in fabula prosaria : v 19 *ligaturas* = ligamina et v 2 *ingenia* = res callide fabricata. quod utrumque excrevi. cetera autem omnia ea sunt quae aut in *Φ* reperiantur aut saltem cum more sermonis aetatis Phaedrianae congruant. 1. Simplicitas peccans si rogat veniam impetret ~ *Φ* V 3 11 Hoc argumento plus dari veniam decet (*plus dari veniam decet* scripsi : *venia dari docet* P) qui casu peccat quam qui consilio est nocens. *simplicitas* = animus dolo et malitia vacuus

φ VII. r III 16. MEMBRA ET VENTER.

Qui suos deserit decipietur.
Nemo aliquid sine suis valet.
Ut partes humani corporis.
de quibus dicitur indignatas manus ac pedes nolentes ventri cibum dare neque servire [eo quod sine ullo labore cotidie repleretur sedens otiosus].
esuriens autem venter clamabat ut ei cibum donaretur.
et nemo ei ministrabat manibus ac pedibus conspirantibus.
sed ieiuno ventre nembra omnia coeperunt lassescere. post haec iterum voluerunt afferre cibum.
sed recusavit venter quia iam clauserat venas.
sic venter et membra simul lassa interierunt.

Adnotatio. Ex Romuli codice V praeter haec ex aliis Romuli codicibus et w. — **5. sq.** *eo quod . . c. r. s. otiosus* add. B : om. FV. — **7.** *clamabat* wBSFM : *personuit* V. — **10.** *cibum* add. wBSFM : om V. — **5.** *in otio* versus exitus, ut *Φ* II 5. 2.

~ *Φ* app. 8. 12 vir animi *simplicis, Φ* III 7. 7 *simpliciter,* III 10. 54 admoneo *simplices.* — 2 *reddat vicem* ~ *Φ* III pr 12 sq *reddas* amicis tempora .. fortiùs praestes *vicem.* — 7—8 *manu .. prehendit* ~ *Φ* app. 3. 15 *prendit manu.* — *celeri* manu = celeriter manu ~ *Φ* IV 18. 6 profecti sunt legati non *celeri* pede, app. 26. 1 cum venatorem *celeri* fugeret pede lupus. — 8 *miserum* dicitur animal quod in mortis periculo versatur ~ *Φ* I 6. 8 cogitque *miseras* (ranas) arida sede emori. — 11 *crimen* = probrum ~ *Φ* II 9. 19 Fortunam *criminis* pudeat sui. — 12 *dimisit* = impune abire sivit ~ *Φ* IV 18. 13 vetat *dimitti* magnus illos Iuppiter, *φ* IX 14 iussit .. pastorem *dimitti.* — 16 *non est quod timeas* ~ *Φ* II 1. 7 *non est quod timeas.* — 17 *beneficii tui* versus exitus ~ *Φ* I 22. 8 *beneficium mihi.* — 18 *reddam gratiam meritis parem* ~ *Φ* app. 3. 5 ut *referret gratiam officiis parem.* — 20 *lustrare* = scrutantem visere ~ *Φ* III 19. 3 (Aesopus) ignem quaerens aliquot *lustravit* domos. — 22 *silvis* pluraliter domicilium leonis nominatur item *Φ* II. 1. 10 (leo) *silvas* petivit. — 23 (epimythium) ne quis minores laedat *monet haec fabula* ~ *Φ* I 19. 2 (epimythium) blanditias ut vitemus *versus subiecti monent,* similiter IV 16. 7.

Postremo de argumento ut pauca dicamus, graecis huius argumenti fabulis Babr. 107 et 256 Halm ridens leo murem supplicem dimisisse narratur, in hac autem leo muri propterea pepercit quod talem vindictam se indignam esse censebat. cui rei illud simile est quod Phaedrus I 29. 10 aprum asino hoc dicentem facit: »facilis vindicta est mihi, sed nolo inquinari ignavo sanguine«.

VII. MEMBRA ET VENTER. *Metrum restitutum.*

Se decipit qui*cumque* deser*uit* suos.
[*Nam*] *se tueri* sine suis nemo valet.
Documento sunt humani partes corporis.
Pedes manus*que* ventrem indignatas *ferunt*
Cotidie repleri *segni in* otio,
Dare nol*uisse* [*ut antea*] ventri cibum.
Esuriens venter clamat ut detur cibus.
Nemo ministrat, *membris* conspirantibus.
Ieiuno ventre [*ut*] coepĕrunt lassescere,
Adferre membra voluĕrunt iterum cibum;
Venter recusat, quia iam venas clauserat.
Sic lassa membra et venter intereunt simul.

Sunt vestigia veteris versificationis. ut 8 versus exitus ... *conspirantibus,* et 9 senarius a diasceuasta ruptus dilatando *Ieiuno ventre* [membra omnia] *coeperunt lassescere* = *Ieiuno ventre* [*ut*] *coepĕrunt lassescere.* et postremus 12 senarius restituitur verbis non mutatis, sed in

ordinem redactis: *Sic venter et membra simul lassa intereunt* = *Sic lassa membra et venter intereunt simul.*

Dictionis haec commemoro ut paria Phaedro non soluto, 1 *Se decipit* (*decipietur* V) ~ *Φ* I 4. 5 *decepta* aviditas = aviditas quae se ipsa decepit, I 13. 12 corvi *deceptus* stupor. — *quicumque* (*qui* V) in promythio ~ *Φ* I 10. 1 *Quicumque* turpi fraude semel innotuit, etiamsi verum dicit, amittit fidem, I 21. 1 *Quicumque* amisit dignitatem pristinam, ignavis etiam iocus est in casu gravi. eodem modo *qui* ponitur in promythio *Φ* I 8. 1 *Qui* pretium meriti ab improbis desiderat bis peccat. — ib. *deseruit* ~ *Φ* I 21. 3, III prol. 55. — 1 *suos* et 2 *suis* pro substantivo ~ *Φ* I 3. 6, II 4. 23, IV 18. 15; app. 28. 10. — 2 *valet* regit infinitivum ~ *Φ* IV 2. 11 *non valeret adsequi* (*iam adsequi* Havet). — 3 *partes* corporis ~ *Φ* IV 15. 5 naturae *partes* = partes corporis. — *humani* corporis ~ *Φ* I 27. 3 *humana* ossa, III 3. 5 *humano* capite, V 3. 9 *humanum* sanguinem. — 4 *pedes* .. *manus* ~ *Φ*. — *indignatas* ~ *Φ* I 24. 9 *indignata*. — 5 *cotidie* ~ *Φ* II 4. 8, III 8. 14, IV 26 (III epil.) 10. — 4—5 *ventrem* .. *repleri* (*sine labore*) ~ *Φ* III 7. 24 Sic *sine labore venter impletur* meus. — *dare* .. *cibum* ~ *Φ*. — 7 *esuriens* venter ~ *Φ* I 26. 6 *esuriens* ciconia. — *clamat* ~ *Φ* III 16. 7, app. 22. 6. — 8 *conspirantibus* ~ *Φ* I 2. 4 *conspiratis* partibus. — 9 *coepĕrunt* paenultima brevi ~ *Φ* IV 16 (17). 2 indignari *coepĕrunt*. — *lassescere* non extat hodie in *Φ*. quod quin in pleniore *Φ* esse potuerit non dubium est, cum

φ VIII. a 34. BOS ET ASELLVS.

Asellus et bos uno sociati iugo
trahebant. bos dum conatur paullo validius
incedere · egro cornu . . . . .
. . . . . .
asellus ipse negabat nullum levamen accipere ·
Solus atm bos cornu . . . .
. . . . et confestim mortuus est. ·
Asinum bubulcus carne bovis exaggerat.
Qui multas inter plagas ruptus cecidit
et expiravit media pondere collapsus via ·
Volucres advenientes; ad praedam convolant dicentes ·
Si te precanti mitem exhibuisses bovi ·
non iam inmaturo nos interitu pasceres tuo; ·

Adnotatio. Lacunas explevi ut potui, collata graeca fabula Babrii 7. ubi tamen asinus bovis supra vires nitentis, equus asini laborem detrectantis partes agit. sic igitur apud Babrium laborans ille huic pigro : »ἴην μοι θελήσῃς συλλαβεῖν τι τοῦ φόρτου, τάχ' ἂν γενοίμην σῷος· εἰ δὲ μή, θνήσκω». ὁ δ' »οὐ προάξεις;» εἶπε, »μή μ' ἐνοχλήσῃς». εἶρπεν σιω-

eo verbo usus sit iam Plinius H. N. VII 130 »quippe, ut alia non sint, certe ne *lassescat* fortuna metus est». — 10 *adferre .. cibum* ~ *Φ* III 7. 7 *adfertur* ultro *panis,* II 8. 11 *frondem* bubulcus *adfert.* — *iterum* ~ *Φ* app. 21. 4 *iterum* salutat. — 11 venter *recusat* (accipere) ~ *Φ* III 2. 16 damnum haud *recusant,* 13. 12 fuci *recusant.* — ib. *venas* ~ *Φ* IV 15 (16). 9 Ubi inrigatus multo *venas* nectare. — 12 **Sic** *lassa membra et venter intereunt simul.* hic sub finem fabulae cum quid postremo evenerit narratur, a *sic* adverbio sententia incipit, quod moris est Phaedriani. ut I 5. 11 *Sic* totam praedam sola improbitas abstulit, II 6. 16 *Sic,* tuta quae naturae fuerat munere, impar duabus occidit tristi nece, III 16. 19 *Sic* viva quod negarat tribuit mortua. — *lassa* = languentia, cf. adn. ad *φ* V 21 p. 13 — *Simul* ~ *Φ* saepissime.

postremo commemoremus, hanc narrationem, posteaquam incepit ab oratione obliqua, v 7 ad orationem directam repente transire. quod congruit cum Phaedri dictione, namque idem in *Φ* fit interdum. ut *Φ* I 25; item I 26. 1 sq »Ad cenam vulpes *dicitur* ciconiam prior *invitasse*» et q. sq.; tum autem oratio transit ad orationem directam sic: »*quae* ... intrito cibo plenam lagonam *posuit*». item app. 9. 4 sq »*interrogasse sic gallinam dicitur ... respondit illa ...*» eodemque modo haec fabula, de qua nunc agimus, *φ* VII 4 sqq. *Pedes manusque ... indignatas ferunt (dicitur .. indignatas* V) *.. noluisse. ... Esuriens venter clamat ...*»

VIII. BOS ET ASELLVS. *Metrum restitutum.*

Bos *atque* asellus uno sociati iugo
Trahebant. bos conatus paullo validius
Incedere aegro cornu, [*multum asinum rogat*]
[*Ut se desertum viribus tandem adiuuet*].
Negans asellus *nil dedit* levaminis.
[*Ita*] cornu *utrum*que [*fregit*] bos solus [*trahens*],
[*Cecidit semianimus*] et confestim est mortuus.
Asinum bubulcus carne bovis exaggerat.
Qui multas inter plagas ruptus *con*cidit
Et expiravit media collapsus via.
Ad praedam volucres [*hoc*] dicentes convolant:
»Si te precanti mitem exhibuisses bovi
Non iam inmaturo nos interitu pasceres».

πῶν· τῷ κώπῳ δ' ἀπαυδήσας, πεσὼν ἔκειτο νεκρός, ὡς προειρήκει. — **3.** [*multum* rogat] ~ *Φ* I 23. 6 *multum* falleris, V 7. 10 *multum* gemens, app. 7. 2 *multum* se iactaverat, III 10. 5 exploranda *multum.* — **4.** [*desertum viribus*] ~ *Φ* I 21. 3 *desertus* viribus. — ib [*tandem*] ~ *Φ* I 8. 7, III 19. 4, IV 18. 8. — ib [*adiuvet*] ~ *Φ* I 8. 2, IV 26 (III epil). 17, V 2. 8

Vellem istis verbis saltem *adiuvisess* modo. — **6.** sub *atm* suspicor latere *utrumque*, quod sententia postulat. — **7.** *semianimus* ~ *Φ* I 9. 8. — **9.** *concidit* iam Burman: *cecidit* a. cf. *Φ* IV 7. 7, V 7 (6). 7, app. 6. 16. — **7.** [cecidit *semianimus*] et *confestim est mortuus*. cf. Nepos IV 5. 5. hic cum *semianimis* de templo elatus esset, *confestim animam efflavit*.

φ IX. a 35. LEO ET PASTOR.

Leo errans spinam calcavit
et ilico ad pastorem cauda blandiens venit;
Cui ait· Non perturberis. Auxilium
a te imploro non indigeo esca·
Sublatum hominis posuit in gremio pedem·
Pastor spinam exemit pede· Redit in silvas leo.
Post autem pastor falso incusatur crimine·
Et ludis proximis emissis bestiis proicitur·
Passim dum discurrunt ferae· agnovit leo
qui fuerat medicinatus qui pridem fuerat.
Sublatum rursus pastori ponit in gremio pedem·
. . . . . .
haec rex ut cognovit . . . . .
leoni iussit parci et mansuetum
pastorem dimitti parentibus·

Adnotatio. V. 8. *emissis* a : *emissus* Thiele. — **V. 12.** deest in a; supplevi per coniecturam, collatis aliis huius rei narrationibus. — **13.** *haec* a : *hoc* Nilant et Thiele tamquam scriptum in a. — **13.** *rex* a. qui *princeps* vel *imperator* ab homine Romano quidem debuit nuncupari; praesertim cum haec Romae gesta esse auctor sit, si non Seneca benef. II 19. 1 — huius enim verba ea fortasse ad aliam rem pertinent — at Apion apud Gellium V 14. nec vero Phaedrus fuit genere Romanus, sed libertinus Macedo, natus atque educatus in Pieria. qui cum pleraque tum fortasse hanc narrationem a Graeco sumpsit auctore. quam-

φ X. a 36. CVLEX ET TAVRVS.

Culex cum taurum provocasset viribus;
venerunt populi cuncti ut spectacula cernerent
Tunc parvus culex·
Satis inquit habeo quod venisti comminus·
Parvus tibi factus sum iudicio tuo

Senarii in a 34 hi manent integri : versus, 8 et 12; paene integri 1, 2, 9, 10, 13.

Ut hac in fabula volucres asellum, ita Φ I 27. 8 sq canem vultur rius epulatur et iudicat.

IX. LEO ET PASTOR. *Metrum restitutum.*

Errans [*in silvis*] spinam calcavit leo.
Vĕnit ilico ad pastorem cauda blandiens.
»*Ne* perturberis» *inquit*. »auxilium [*pedi*]
[*Huic*] a te imploro, [*medico,*] non esca indige*ns*».
Sublatum [*et*] hominis posuit in gremio pedem.
Exemit spinam pastor. it silvas leo.
Post falso pastor incusatur crimine
Et bestiis proicitur ludis proximis.
[*Ubĭ*] dum ferae discurrunt, agnovit leo
[*Hunc hominem,*] qui medicatus erat [*aegro pedi*].
Rursus pastori ponit in gremio pedem.
[*Miranti populo pastor causam edisserit.*]
Rex ut cognovit [*nuntiata*] haec [*omnia*],
Parci leoni iussit mansueto et [*simul*]
Parentibus pastorem dimitti [*suis*].

obrem conicio, qui graece ab illo auctore βασιλεύς dictus esset, eum a Phaedro, graecum vocabulum reddente, *regem* nominatum esse. a Graecis enim imperator (αὐτοκράτωρ) Romanus saepe *rex* nominabatur. — **14.** .., *mansueto et* [*simul*]. de tali versus exitu egit Havet ed. mai. p. 192 § 60. — Ab extremo in a ab interpolatore sunt addita tamquam epimythii verba *quia bene gerenti nunquam poterunt adversariorum praevalere supplicia.*

Paene integri manent in a senarii versus 2, 5, 7, 11.

X. CVLEX ET TAVRVS. *Metrum restitutum.*

Culex cum taurum provocasset viribus,
Venere cuncti ut cernerent spectacula
[*Certaminis.*] tunc [*tauro sic*] parvus culex:
»Satis» inquit »habeo quod venisti comminus,
Tibi [*par ex*] parvo factus iudicio tuo».

hic se per auras sustulit penna levi·
Lusitque turba· et tauri destituit minas·
Quod si fuisset validi cervicis memor.
pudendum contempserat inimicum·
et ineptae matheriae non fuisset gloriatio·
quia ille sibi famam diminuit qui se indignis comparat;

Adnotatio. V. 2. *Venere cuncti ut* | tale est incisum prius quale *Φ* III 2. 6 *Misere panem ut* | . de quo Havet ed. mai. p. 153 § 11. — *cuncti : populi cuncti* a. Phaedrus autem h. l. dicere debuit aut *populus* aut *populi* (quod ita iam Ovidius *populis*, i. e. civitati, dixerat; de qua re Peter ad Ovidii Fast I 38) aut *cuncti,* non *populi cuncti* . quod Postgate quoque observavit. quamquam in *Φ* quidem hac significatione non *populi* pluraliter sed singulariter *populus* dici solet. ut *Φ* III 14. 7 concurrit *populus,* V 5 34 acclamat *populus* (»publiken»). illud autem *cuncti populi* ita dictum ut significarentur omnes homines vix reperias antê Apuleium. qui dixit M V 28 (371 Oud) »iamque per *cunc-*

φ XI. a 37. EQVVS SVPERBVS.

Insolens faleris asino occurrit equus
qui fatigatus malis transeunti tardius dedit viam.

Vix inquit me teneo ut non te rumpam calcibus;
Reticuit ille; et gemitu testatur deos·
Equus currendo ruptus· parvo in tempore
ad villam est missus. hunc onustum stercore
ut vidit asinus· tali eum irrisit verbo·
quid tibi gloriose quondam faleris?
modo ad contemptam redisti miseriam·
felices qui ullum despiciunt.
dubii meminere debent
quia nesciunt quid futuri sunt;

Adnotatio. *occucurrit.* cf. Havet ed. mai. § 98 p. 220. — **4.** *teneor* iam Heraeus apud Thiele p. CCXV : *me teneo* a. cf. *non teneor quin* apud Ciceronem; et Ovidius ep. ex P. IV 1. 7 *Non* potuit mea mens *quin* esset grata *teneri.* — **9** *profuit* addidi : *profuerunt* add. wr : omnia. — *Quo gloriose phaleras has* (!) *quondam tibi* Burman. cf. Phaedrus *Φ* III 18. 9 »*Quo mi*» inquit »*mutam speciem* si vincor sono?» **10.** *redisti* = redactus es. quod item Caesar B. G. V 48. 1 (Caesar) opinione trium legionum deiectus, ad duas *redierat.* — **10** *turpem : contemptam*

Hic se per auras sustulit penna levi
Lusitque turba*m* et tauri destituit minas.
Qu*i* si fuisset valid*ae* çervicis memor,
Pudendum contemps*isset adversarium*,
Materia ineptae n*ec* fuisset gloria*e*.
Sibi famam minuit qui se indignis comparat.

torum ora *populorum* . . familiam male audire». — **9.** *adversarium* iam Luc. Mueller: *inimicum* a. — **10.** ita iam Heraeus apud Thiele.

Codex a habet senarios integros versus 1, 4, 6, 7, 8.

Aliter atque hac fabula idem argumentum tractatum est fabula graeca 234 Halm (146 Corais). quae fabula ab hac latina differt cum universa narratione tum haec duo. unum quod in graeca fabula culex est non solum, ut in latina, gloriosus ac petulans, verum etiam bellator intrepidus. alterum quod huic bellatori Rhamnusia virgo per araneam, bestiolam non minus vilem, vices refert debitas.

XI. EQVVS SVPERBVS. *Metrum restitutum.*

Equus occ*u*currit asino phaleris insolens.
[*Onustus asinus et*] fatigatus malis
Qui*a* transeunti tardius ded*era*t viam,
»Vix» inquit »teneo*r quin* te rumpam calcibus».
Reticuit ille et gemitu testatur deos.
Equus currendo ruptus parvo in tempore
Ad villam est missus. hunc onustum stercore
Ut vidit asinus talia irrisit *loquens:*
»Quid gloriose quondam phaleris profuit
[*Ornari si*] redisti *turpem* ad miseriam?»
Felices, qui despiciunt *humilem et pauperem*,
Dubii memin*isse* debent [*quam sint exitus*],
Quia quid futuri s*i*nt [*aliquando*] nesciunt.

a. cf. Verg. Aen. VI 276 *turpis* egestas, V 358 *turpia* membra fimo. — **11—13** epimythium. cui simile promythium eiusdem fabulae in w III 3 aliter tamen scriptum est: *Qui se sciunt esse felices nulli faciant* (w^2: *faciunt* w^1) *iniuriam. dubiamque meminerint fortunae* (sic ego : *Dum via que memineret furtunatus* w) *esse rotam* . sed quae epimythii in a supersunt, ea nescio an ad Phaedri ipsius verba propius accedant, praesertim cum fabula universa haec in a multo minus quam in w et r corrupta sit.

Senarii tres in a manent integri versus 5—7.

De equo olim felici post misero fabula altera Phaedri est app. 19 de equo quadrigali in pistrinum venumdato. cui similis est fabula 29 Babrii et fab. 174 a et b H = 193 C. quae fabulae cum doceant in-

φ XII. a 38. VESPERTILIO.

bellum gerebant volucres cum quadrupedibus
et modo vincentes iterum vincebantur·
Vespertilio dubios eventus timens
superiorem quem primo vidisset
ad eam se conferebat;
In pacem cum redissent pristinam·
utroque generi fraus decepta apparuit
Damnatus ergo tam pudendo crimine.
lucem refugiens atris se condidit tenebris noctis
quia quisquis a duabus partibus se vindicari desiderat
utrisque ingratus turpiter vivit·

Adnotatio. 2: *victores* coniecit Burman: *vincentes* a, quod fortasse retineri potest. apud Curtium quidem interdum *vincens* = victor. itaque *modo vincentes* (i. e. qui modo fuerant vincentes vel victores), *iterum* (i. e. post, certamine iterato) *vincebantur*. fortasse inest etiam vis adversativa in *iterum*, ut saepe in *rursus;* cf. Liv. XXI 18 14. — **4—5.** *Quam partem .. eo*, ut Belli Africi 72. 4 *quae pars .. eo.* — **7.** *detecta* conieceram Comm. I p. 6, post me idem Birt apud Thiele p. CCXVI: *decepta* a.

Integri senarii in a sunt v 1, 7, 8; paene integri 3 et 6.

Aliter scripta et aliunde petita est fabula de vespertilione r III 4. cuius partem refero secundum codicem B: ... »vespertilio .., quia

φ XIII. a 39. LVSCINIA ET ACCIPITER.

in nidum lusciniae dum sederet accipiter ut specularetur auritum· parvos in illo invenit pullos·
Supervenit luscinia· et rogabat illum parcere pullis·
Ait acc· Faciam quod vis· si mihi bene cantaveris·
et quamvis se praecederet animo· tamen
metu pavebat. denique coacta et dolore plena· cantav·
Acceptor qui praedam captaverat·
ait· Non bene cantasti· Apprehenditque unum de p. eius

stabilem esse fortunam, eam ipsam doctrinam adhibet haec fabula qua demonstretur superbiae poenam debitam imminere. quod idem hae Phaedri docent fabulae : Φ I 28 (= Babrii 186 Crus.) et Φ III 16 et Φ I 9.

XII. VESPERTILIO. *Metrum restitutum.*

Bellum gerebant volucres cum quadrupedibus.
Et vincebantur iterum, vincentes modo.
[*Tunc*] vespertilio, dubios eventus timens,
Quam primo superiorem [*partem*] viderat,
Eo se conferebat, [*fortunae comes*].
In pacem [*fessi*] cum redissent pristinam,
Utrique generi fraus detecta apparuit.
Damnatus ergo tam pudendo crimine,
Lucem refugiens, se tenēbris condidit.
Qui vindicari vult duabus partibus,
Ingratus [*hinc*] utrisque, vivit turpiter.

superior erat et magna acies quadrupedum, contulit se ad eosdem, quasi cum vincentibus. subito .. aquila .. volucribus se miscuit ... stetit victoria avium ... vespertilio ... dampnatur eo quod suos reliquerat· ut lucem fugiat semper. exspoliatusque est plumis. ut noctibus volet nudus».

Illa autem Varronis de Agathone satura (Non. 46. 33) : »quid multa? factus sum vespertilio. neque in muribus plane neque in volucribus sum» referuntur ad talem fabulam qualis est 307 Halm (109 Corais) *Νυκτερὶς καὶ γαλῆ*.

XIII. LVSCINIA ET ACCIPITER. *Metrum restitutum.*

Nido lusciniae parvos accipiter, sedens
Ut specularetur auras, pullos invĕnit.
Supervĕnit luscinia rogat et parcere.
»Faciam» inquit »quod vis, mihi si bene cantaveris».
Cantat coacta, quamvis exciderat metu.

Accipiter, qui captabat praedam [*illam novam*],
»Non» inquit »bene cantasti». pullum *et corripit*

et devorare coepit · Ex diverso venit
auceps et calamo silenter levato
acceptore contracto visco · in terram deiecit;
qui aliis insidiantur · timere debent ne capiantur;

Adnotatio. Haec eadem narratio quae a 39 est w III 4 et r III 5 verbis variata, congruens rebus, petita omnis ex Phaedro.

V. 2. *auras* omnes libri praeter a : *auritum* a : *agros* Luc. Mueller. *auras* potius legendum quam *auritum*. illis enim verbis *ut specularetur auritum* si credimus, accipiter hoc loco — quod mirum et insolitum est — inducitur sedens ut inventam praedam contempletur. quamquam mos est accipitris ut inventam praedam fulmineo impetu invadat. quod nisi fecerit nempe ei timendum est ne effugiat praeda conspecta. sin leges cum codicibus plurimis *ut specularetur auras,* id videbis narrari quod cum accipitris natura et moribus maxime congruat. **2.** *in illo* a, non recepi. quod scilicet idcirco a diasceuasta insertum est quod accipitrem in nido lusciniae sedentem ut specularetur perperam fecerat, tametsi prospectus a nido lusciniae esse exiguus atque impeditus solet, quod luscinia in virgultis humi nidificat aut prope humum (cf. Brehm, Tierleben[3] IV 47). sic igitur verba iungenda sunt et interpretanda, accipitrem cum sederet (in propinquo arboris cacumine inde) conspexisse (in proximis virgultis) nidum lusciniae in eoque nido parvos pullos. — **4.** et **7.** *inquit* (*inquid*) wr : *ait* a. — **5.** *quamvis excideret metu* scripsi, ut Ovidius a. a. I 539 »*excidit illa metu* rupitque novissima verba, nullus in exanimi corpore sanguis erat» : *quamvis animus excideret ex metu* VE : *quamvis exciderat animus* F : *quamvis animus excederet* M : *quamvis animus excideret* BS : *quamvis excederet animus a corpore tantu metu* w : *quamvis se praecederet animo. tamen metu* a. — **6.** *qui captabat praedam* [*illam movam*] scripsi : *qui praedam captaverat* a. — **10.** *deiicit* scripsi : *deiecit* a : alii libri aliter. cf. ad h. l. Varro r. r. III 7. 7 et Val. Flacc. VI 260—264. — *accipitrem tactum visco* scripsi collato Plauti Bacch. 1158 »*Tactus* sum vehementer *visco*» : *accipitrem contractum visco* BFSVE (ergo veri simile est sic fuisse in archetypo Romuli) : *acceptorem contracto visco* M : *acceptore contracto visco* a : *captus acceptor viscum* w. de voce *acceptore* Woelfflin ALL VIII 123 et Marx ad Lucil 1170. Phaedrus quidem scripserat *accipitrem,* ut Φ I 9. 6 *accipiter.*

In hac fabula quamvis interpolata insunt tamen quaedam Phaedrianae versificationis vestigia laciniaeque senariorum. 2 *Ut specularetur auras* .. 3 *Supervenit luscinia* . ., 4 *Faciam^ ⏑ ⏑ quod vis mihi si bene cantaveris,* 8 *Coepitque devorare. ex diverso vénit* (*Coepitque devorare* scripsi : *Et devorare coepit* a, quod ipsum per se legitimum est prius comma senarii). qui versus tali est caesura (.. *devorare^ex* ..) quali Φ I 4. 4 Aliamque praed*am^ab* alio ..., I 8. 1 Qui pretium *meriti^ab* improbis .., III 10. 11 seductus in sec*retum^a* liberto suo, III 3. 7 Hic pertinere*^ad* domini respondit caput.

Iam pauca de dictione. In Φ non repperi *specularetur excideret auceps supervenit cantat visco silenter* (at *silentio* et *siles* sunt in Φ).

Coepit*que* devorare. ex diverso vĕnit
Auceps silenter et levat calam*um* [*litum*],
Accĭpitrem tactum visco in terram deĭcit.
Debet timere ne [*ipse*] capiatur [*sua*]
[*Malitia si*] quis aliis insidias *struit.*

quae cum Phaedri aetate fuerint usitata, scilicet a Phaedro non abiudicanda sunt. cetera autem sunt etiam in *Φ*. quorum haec notabiliora sunt. 1 *nido* ~ *Φ* II 4. 1, app. 30. 2 *nidum*. — *lusciniae* ~ *Φ* III 18. 2 *lusciniae* NV, *luscinii* P. — *sedens* ~ *Φ* III 6. 1, 5, IV 24. 7. — 2. *auras* ~ *Φ* II 6. 7. — *pullos* ~ *Φ* I 28. 4, III 12. 1. — *invenit*. ex eo quod quis quid dicitur invenisse initium narrandi ductum est, ut in hac fabula, item *Φ* I 27. 3 sq., V 6. 1. — 3. *parcere* = vivere sinere ~ *Φ* III 2. 15 qui ferae *pepercerant,* I 22. 2 *parce* mihi = noli occidere; item II 8. 8, app. 6. 11. — 4. *Faciam* = parcam. quae in responso accipitris universa faciendi significatio ad illud quod luscinia rogarat refertur et valet idem. similiter conformata est responsio *Φ* I 25. 6—8 sic corcodrillus: »quamlibet lambe otio, pota, accede«. at ille: »*facerem*« (i. e. accederem et potarem) »hercle nisi esse scirem carnis te cupidum meae». — 5 *cantat* (luscinia) ~ *Φ* III 18. 2 *cantus* lusciniae (vel luscinii) — *coacta* (necessitate) ~ *Φ* IV 3. 1 fame *coacta*. — 6 praedam *captabat* ~ *Φ* I 29. 1 risum *captant*. — 8 *devorare* (praedam vivam) ~ *Φ* saepe. — 10 *tactum* visco ~ *Φ* I 24. 3 (rana) *tactă* invidiā. — ib. *in terram deĭcit* ~ *Φ* II 1. 1 iuvencum (*in terram*) *deiectum*. — 9 *levat* calamum ~ *Φ* IV 4. 4 quem dorso *levans*. — 11—12 ne ipse *capiatur* sua malitia ~ *Φ* I 23. 4 obiecto temptans an cibo posset *capi*. — [*malitia*] ~ *Φ* II 4. 5 scelesta *malitia*. — 12 *insidias* ~ *Φ*.

Postremo pauca de rebus. haec de luscinia et accipitre fabula docet primum illud haud laetum, infirmiorem esse in validioris arbitrio ac potestate. contra vim praepotentis nihil valere supplicis verba, nihil innocentian, nihil sanctitatem. in quam eandem sententiam scriptae sunt multae fabulae Phaedri; ut *Φ* I 1, 5, 6, 21, 30, IV 1, app. 15, 16, 19, 22, 24, *φ* I, III, XV—XVII, XXV. id quoque huic fabulae commune est cum aliis quibusdam fabulis Phaedrianis, quod praepotens bestia potentia abutitur non modo crudeliter sed etiam insolenter, ut ludibrio habeat infirmiorem. quod quemadmodum in hac de luscinia et accipitre fabula, item fit *Φ* I 1. — nec vero, quod in multis, id fit in hac fabula, ut improbitas peccet impune. sed, quando iam victrix videtur, poenam luit debitam. quod item fit *Φ* I 9, 17, 28, III 5, 16, *φ* I, II, VIII, XI. sed quorsum haec omnia? nempe quo magis intellegamus, hanc de luscinia et accipitre fabulam eiusdem mentis eiusdemque esse consilii quo multas fabulas Phaedrianas. quamobrem quamquam Phaedrus argumenta pleraque non excogitavit, tamen hoc quidem affirmaverim, Phaedrum talia argumenta amare, et has proprietates, quas proxime diximus, in Phaedri fabulis maxime apparere et extare.

Aliter Thiele p. LVII. qui quod negat in hac fabula inesse quidquam Phaedrianae dictionis, id refellitur iis quae modo attulimus. et quae de *auriti* vocabulo disputat, ea vana sunt. namque adnotatione

critica demonstravimus in archetypo Romuli fuisse non *auritum* sed *auras,* quod unum comprobatur sententia. — postremo Thiele hoc addidit: »auch ist es ausgeschlossen dass die rührende Szene zwischen den beiden Tieren jemals in Phädrus gestanden hätte». quasi vero Phaedrus nihil ad misericordiam movendam aptum in suis fabulis scripserit! sume Phaedri librum, incipe a prima illa fabula de agno

℘ XIV. a 40. VVLPES INVIDA.

. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
Lupus in cubile suo per tempus ut menses haberet quo plures
posset delitias fruere maximam congregaverat praedam ·
Vulpis ut haec agnovit venit ad eius cubile ·
Tremula inquit voce.
recte non vidi te · Tristis fui per dies quia non peragravisti
in iis ·
Lupus. Livore ait · non de me sollicita venisti ·
sed ut aliquid accipias · Non gratis venisti
scio te fraudem petere ·
his verbis valde irata vulp. pastorem ovium adiit ·
et dixit illi · Ageres mihi gratias si tibi inimicum gregis tui
hodie tradidero
et iam non sis sollicitus?
Pastor · Serviam tibi et tribuam quicquid volueris ·
Ilico clausum ostendit lupum
quem protinus lancea peremit ·
et aemulam de alieno saturavit vulpem;
Deinde ipsa cum in venatores incideret ·
comprehensa a canibus laniata · ait ·
Modo maiora feci mala et modo pereo qui
alterum feci occidere.
Qui aliis nocet timeat ne noceatur ab altero.

Adnotatio. Haec fabula extat etiam in w et r, quibus subsidiis usus sum ad recensionem. **1—5.** Promythium addidi ex codice B. ubi sic est: *Bonos et malos fortuna iuvat · quos autem non iuvat . quare emulantur. et contra fortunatos livorem in corde gestant? hos post*

et lupo : quid ea fabula aptius ad misericordiam movendam inveniri potest? vel *Φ* III 15 pulcherrima illa fabula de agno et capella agni nutrice. sed longum est talia enumerare omnia. nam profecto pro portione plura ad animos movendos apta in Phaedrianis libris quam aut in Babrii aut in ceteris Aesopiis graecis invenimus.

XIV. VVLPES INVIDA. *Metrum restitutum.*

[Bonos malos*que pariter* Fortuna *ad*iuvat.
Quare aemulantur *illi,* quos non *ad*iuvat,
Et corde *in* fortunatos livorem ge*r*unt?
Ipsos malitia sua subvertit postmod*o*.
Contra quos auctor talem *scripsit* fabulam.]
Lupus in cubile praedam congregaverat,
Ut plures posset menses delici*i*s fru*i*.
Vulp*e*s ut novit ad cubile eius vĕnit.
Tremula[*que ac* ten*ui*] voce sic dixit lupo:
»Recte[*ne tibi?*] non vidi te tot per dies.
Quia non peragrasti [mecum *agros*] tristis fui».
Lupus: »Livore, de me *haud* sollicita *ad*venis.
Non gratis, *verum* ut aliquid accipias [*lucri*].
Sciŏ fraude me*ŭ* te petere [et insidiis]» ait.
Irata vulpes adiit pastorem gregis.
»Ages mihi» inquit »gratias, hodie tui
Gregis si tibi inimicum tradidero [in manus,]
Ut iam non sis sollicitus [*ovibus pro tuis*]?»
Pastor »tibi» inquit »tribuam quicquid volueris.»
[*Vulpes*] ostendit ilico clausum lupum.
Quem lancea peremit [*pastor*] protinus,
Vulpe*culam* et saturavit alieno aemulam.
In venatores [*vulpes*] deinde ipsa incidit.
Comprensa *dum* laniat*ur* a canibus, [*gemens*]
»Mea» inquit »*ob* male*fact*a pereo, qu*ae* modo
Occidi [*fraude*] feci [*et perfidia*] alterum».
Timeat qui noc*ui*t [*hinc*] ne noceatur [*sibi*].

modum sua subvertit malitia . contra quos auctor talem composuit fabulam. — **1.** *adiuvat* scripsi : *iuvat* B. cf. *Φ* I 8. 2, V 2. 8 et Terentius Phorm. 203, Cic. Tusc. II 4. 11 Fortes Fortuna *adiuvat . iuvat* autem in *Φ* significat *delectat Φ* IV 7. 22. — **9.** *tremulaque ac tenui voce* scripsi :

Tremula voce a (*aemula voce* legit Thiele per errorem, ut videtur): *adtendi loci* w: *emula* (*aemula, aemulans*) r: *adtenuata voce* coniecit Thiele. qui confert rhetoricorum ad Herennium III 14. 24 et 25 et Babrii 103. 5 *φωνὴν βαρεῖαν προσποιητὰ λεπτύνων.* —. *sic dixit lupo* B: *inquit* aw. — **10.** *rectene tibi?* scripsi, quod est sermonis familiaris, ut Cicero Att. I 7, XIV 16. 4, fam IX 9. 1, Gellius XIII 31 (30) 11: *recte* a. — **10.** *tot per dies* scripsi: *per tot dies* B: *per dies* a. — **11.** *peragrasti mecum agros* scripsi, ut Cicero har. resp. c. 11 § 24 *agros peragrare*: *peragrasti mecum* M: *peragravisti in iis* a. — **14.** *fraude meă te petere et insidiis* scripsi: *ut meis insidieris . . te fraude me petere* F: *te fraudem petere* aBMVE. — **15.** *pastorem gregis* scripsi metri causa: *pastor gregis* w: *pastorem ovium* ar. — **16.** *ages* BMF: *agis* VE: *ave* w: *ageres* a. — **17.** *in manus* add. BMSFVE: om a. — **18.** *ut iam* BMSF: *et iam* a. — **19.** *inquit*: *ait* rw: om a. — **22.** *saturavit* SMa: *satiavit* BFwVE. — **27.** *ne noceatur sibi* scripsi: *ne noceatur* a. cf. Seneca benef. VI 27. 5 »pessime cum eo agis *cui* vis a dis *noceri*».

Dictionis Phaedrianae haec collegi vestigia. 1. *Bonos malosque* ~ Φ IV 11. 20 ne cum *malefico* usum *bonus* consociet, app. 6. 12 *bonis* favete, *subdolis* ite obviam. — *Fortuna* adiuvat ~ Φ I 7. 3 quibus honorem et gloriam *Fortuna* tribuit. — 2. *quare* interrogantis ~ Φ I. 31. 7, III 17. 5. — 4. Ipsos *malitia* sua *subvertit* ~ Φ II 4. 4 feles contubernium .. scelesta sic *evertit malitia.* — 5 contra quos auctor *talem scripsit fabulam* ~ Φ I 1. 14 *haec* propter illos *scripta est* homines *fabula,* IV 23. 3 hoc *scriptum est tibi.* — ib. *auctor* i. e. Aesopus ~ Φ I pr. 1. Aesopus *auctor,* III 15. 19 his demonstrare voluit *auctor* versibus. — *talem fabulam* = hanc, quae sequitur, fabulam ~ I 2. 9 Aesopus *talem* tum *fabellam* rettulit = .. hanc fabellam .., cf. IV 24. 23 *talis* notas = has notas, I 31. 6 *tali* dolo = hoc d. — 6 *praedam* (ferae carnivorae) ~ Φ saepe. — *cubile* (bestiae) ~ Φ I 19. 9, II 4. 12 derepit ad *cubile* setosae suis, III 2. 11, IV 20. 1 vulpes *cubile* fodiens. — 7 ut *posset* .. deliciis *frui* = ut d. frueretur ~ Φ IV 26 (III epil). 5 *habere ut possit* = ut habeat. — 8 vulpes ut *novit* ~ Φ V 9. 4 ante hoc *novi* quam tu natus es. — 9 sq. *dixit* lupo: »Rectene tibi?». *dixit* cum sequenti oratione directa item Φ I 10. 8 *Dixisse* fertur simius sententiam: »Tu non videris perdidisse quod petis», III pr. 8 fortasse *dices*: »Aliquae venient feriae», V 4. 9 sed *dicis*: »Qui rapuere divitias habent». — 10 *tot per dies* ~ Φ app. 13. 1 *per aliquot annos* .. dilectum virum. — 11 *tristis* fui ~ Φ IV 20. 20 qui *tristis* audis musicum citharae sonum. — 12 *livore* = invidia ~ Φ II 9. 10, III pr. 60, IV 21. 1. — 13 *gratis* ~ Φ II 5. 3. — 14 *ait* postpositivum ~ Φ I 1. 10, 2. 30, 30. 3, IV 3. 3, II 1. 7, IV 7. 17; at praepositivum app. 3. 6. — 14 *mea* = *τὰ ἐμά* ~ Φ IV 22. 14 mecum *mea* sunt, 26 mecum *mea* esse. — mea *petere* = .. captare ~ Φ I 20. 5 sed rupti prius periere quam quod *petierant* contingerent. — *fraude* ~ Φ II 4. 5 *fraude* et scelesta malitia. — *insidiis* ~ Φ I 19. 1 habent *insidias* hominis blanditiae mali. — 15. *irata* vulpes ~ Φ IV 4. 3 sonipes *iratus* fero. — *adiit* pastorem ~ Φ app. 8. 19 *adit* sedentem pro tribunali ducem. — 16. *ages mihi gratias* ~ Φ II 8. 15 *agere* coepit *gratias,* app. 26. 13 *agere* maximas me *gratias.* — 17 inimicum *tradidero*

tibi (hosti) ~ *Φ* I 31. 10 *tradunt* sese miluo, IV 5. 44 *tradit* luxuriae domum, app. 13. 29 *tradunt* figendum cruci. — 18 *sollicitus* ~ *Φ* I 31. 7. — 19 *tribuam quicquid volueris* ~ *Φ* app. 3. 7 *tribuam vobis quod quaeque optarit.* — *quicquid volueris* exitus senarii ~ *Φ* app. 3. 10 *quicquid tetigerit* exitus senarii. — 20 *ostendit* clausum lupum ~ *Φ* V 6. 4 *ostendit* ille praedam, III 15. 3 ovesque segregatas *ostendit* procul. — *ilico* ~ *Φ* app. 13. 18 *ilico* succenditur. — *clausum* lupum ~ *Φ* IV 9. 4 (cum vulpes) altiore *clauderetur* margine. — 21 quem peremit *protinus* ~ *Φ* IV 19. 4 necuit (nocuit P) hominem *protinus,* app. 3. 7 tribuam vobis *protinus.* quibus omnibus locis *protinus* senarium claudit. — 22 vulpem *saturavit* vel *satiavit alieno* ~ III 7. 14 *largo satiari cibo.* — 23 in venatores vulpes *incidit* ~ V 2. 1 duo cum *incidissent* in latronem milites. — *venatores* ~ *Φ* app. 26. 6, II 8. 2, V 10. 6. — 24 *comprensa* ~ III 5. 10 *comprensus* poenas persoluit cruce. — dum *laniatur a canibus* ~ *Φ* I 12. 11 *lacerari* coepit morsibus saevis *canum.* — [*gemens*] ~ *Φ* V 7. 10 multum *gemens.* — 25 *pereo* ~ *Φ* saepe. — *modo* = paulo ante ~ *Φ* I 9. 9 qui *modo* securus nostra inridebas mala, V 2. 8 vellem adiuvisses *modo,* app. 15. 16 flagris sum caesus, verum quia dixi, *modo.* — 26 *alterum* (generaliter) = *τὸν πλησίον* ~ *Φ* III 10. 55, IV 4. 13. — 27 *nocuit* = laesit ~ *Φ* I 26. 1 Nulli *nocendum;* si quis vero *laeserit,* multandum simili iure.

Propter quam tantam verborum congruentiam probabile est hanc fabulam provenisse a Phaedri officina.

Iam pauca de rebus. ac primum hoc memorabile est quod lupus vulpem ob blanditias subdolas increpat. haec igitur fabula est inter eas quibus repudiatur perspecta fallacia. cuius generis sunt permultae fabulae Phaedri. ut *Φ* I 3, 10, 11, 14, 16, 17, 22, 23, 25, 26, II 5, III 10, 13, IV 2, 23, 24, V 2, 5, app. 4, 17, 26, 30, *φ* XII, XVIII, XIX, XXIII, XXIV. quod quidem aliquot graecis fit similiter, a Phaedro vero frequentissime. iam quod hac fabula, ut aliquot Phaedri non soluti fabulis, postremo evenit ut, qui peccavit, calamitate edoctus, imminente morte, se peccasse ipse concedat: hoc utrumque, cum non solum in Phaedri sed etiam in aliorum fabulis fiat, tamen pro portione saepius in fabulis Phaedri. hoc denique memorabile est quod haec de vulpe lupi copiis invidā fabulă non extat inter fabulas graecas. quam fortasse ipse Phaedrus invēnit. namque excogitasse se quasdam fabulas, III prol. 38 ipse profitetur: (Aesopi) »porro» inquit »semita feci viam et cogitavi plura quam reliquerat». idemque IV pr. 12 (fabulas), »quas paucas ille (Aesopus) ostendit, ego plures fero». et quia haec fabula *φ* XIV scripta est in livorem et delatorem, est quod suspicemur Phaedrum significare quasdam res suae vitae, et obtrectatores calumniatoresque quosdam notare. quorum livorem et calumniam queritur. itaque *Φ* III prol. 38 sqq. sic Phaedrus: »cogitavi plura quam (Aesopus) reliquerat, in calamitatem deligens quaedam meam. quodsi accusatur alius Seiano foret, si testis alius, iudex alius denique, dignum faterer esse me tantis malis». et *Φ* III epil. 29 sqq. »sed difficulter continetur spiritus, integritatis qui sincerae conscius a noxiorum premitur insolentiis». cf. etiam *Φ* IV pr. 15 sq. et IV 21 (22) 1.

φ XV. a 43. PAX OVIVM ET LVPORVM.

Oves et lupi cum certassent proelio·
vicerunt oves tutae praesidio canum.
lupi legatos mittunt fictam quaerunt pacem ... ut ... dederent
..... se ipsis custodibus suis
Sperantes illae eternum · statuere foedus dederunt ... quod ipsi petierant.
Post pace facta irrita
.. ceperunt carpere ....
nullo exsistente defensore · ...
.....
Sero penitentes · consilium quem primo dudum habuerant accusabant.
qui auxilio .. tradere se vult alio·
frustra postmodum requirit quando invenire nequit

Adnotatio. Lacunas codicis **a** ego ostendi et supplevi, atque, ut potui, corrupta sanavi. — **12.** *sera paenitentia* Burman: *sero paenitentes* a. cf. Φ I 13. 2 *turpi paenitentia,* et Curtius III 2. 19 *sera* deinde *paenitentia* subiit regem.

Senarii paene sunt integri in a versus 1, 2, 6, 10. etiam alibi pristina versificatio tralucet quodam modo, reditque sive mutila suppleveris sive additicia et novicia removeris.

Iam dictionis haec commemoro ut similia Phaedro non soluto. 1. *certarent* = dimicarent ~ Φ I 30. 5 de principatu cum illi (tauri) *certarent* gregis. 2. *tutae* praesidio canum ~ Φ I 28. 7 *tuta* ipso loco, II 6. 16 *tuta* naturae munere. — 3 Lupi *legatos mittunt* ~ Φ IV 18 (19). 1 Canes *legatos* olim *misere* ad Iovem. — *fictam* pacem = falsam p. ~ Φ I 1. 15 qui *fictis* causis innocentes opprimunt = .. falsis causis ... — 4 ut canes sibi *dederent,* i. e. in suam vim ac potestatem ~ Φ IV 4. 13 impune potius laedi quam *dedi* alteri. — 5 *custodibus* (canibus) ~ Φ III 7. 9 (canis) *custos* liminis. — 6 *Sperantes sese* aeternum foedus *statuĕre* (*spero* cum infinitivo praesentis) ~ Φ III 10. 12 *Spe-*

φ XVI. a 44. SECVRIS ET ARBORES.

.....
Securis cum fuisset facta postulabat homo arbores sibi manubrium dare de ligno quod esset omnium firmior·
Oleastro iusserunt cetera·
Sumpsit homo manubrium aptata secure

XV. PAX OVIVM ET LVPORVM. *Metrum restitutum.*

Oves lupi*que* cum certa*rent* proelio,
Oves vicerunt tutae praesidio canum.
Fictam [*dum*] quaerunt pacem, legatos lupi
Mittunt [*petentes*] ut [*canes sibi*] dederent
[*Oves orbantes*] ips*ae* se custodibus.
Sperantes [*sese*] aeternum foedus statuere,
Illae dederunt [*hostibus*] quod petierant.
[*Verum lupi*] post pace*m fecere* irrita*m*:
[*Gregem*] coeperunt carpere [*ovium caedibus*],
Nullo exsistente defensore [*ovium cane*].
[*Tunc quod canes custodes tradiderant lupis*],
Consilium accusant ser*a* paenitent*ia*.

Auxilio qui se [*nudans*] ali*is* tradi*dit*,
Frustra requirit, inveni*ri cum* nequit.

rante heredem *suffici se* proximum. — *aeternum* foedus ~ *Φ* II 9. 2 *aeterna* in basi. — 7 *quod petierant* ~ *Φ* I 20. 6, II prol. 15 offerre *quod* non *petierint*. — 8 pacem *irritam* ~ *Φ* I 23. 2, app. 5. 5 sudore semper *irrito*, 23, 6 praedam dimisit ore serpens *irritam*. — 9 *carpere* ~ *Φ* II 9. 17. — 10 nullo *exsistente* defensore ~ *Φ* app. 3. 17 ipsa ridenda *exstitit*. — 12 (*suum*) *consilium accusant* ~ *Φ* IV pr. 3 *consilium* tacito corde *damnavi meum*. — 13—14 epimyth. *Auxilio* qui se nudans aliis tradidit, frustra *requirit, inveniri* cum nequit ~ promyth. *Φ* I 31. 1 Qui se committit homini tutandum improbo, *auxilia* dum *requirit* exitium *invenit*. — 13 *aliis* = alteri ~ *aliis Φ* I 9. 1, IV 27 (= IV pr.) 2, app. 3. 17 *aliam* = alteram.

Quod ad res et argumentum attinet, cum hac tali fabula qualem nobis a tradidit fere graecae fabulae Aesopiae 268 a et b Halm (237 et p. 156 C) consentiunt. At graeca 269 H (238 C) et latina Romuli III 13 discrepant. sed w IV 9 si non verbis at rebus cum a congruit, ut videatur ipsa quoque esse sumpta de Phaedro.

XVI. SECVRIS ET ARBORES. *Metrum restitutum.*

[Dare hosti auxilium sibi suam facere est necem].
Facta securi postulabat manŭbrium
Homo arbores de ligno dare firm*issimo*.
Oleastrum [*lignum*] iussĕrunt [dare] ceterae.
[*Quod*] sumpsit homo, secur*i* et aptat*um* [*tenens*],

ramos et robora omniaque quae vellet indubiose coepit cedere ·
Sicque quercus fraxino ait ·
Digne et iuste patimur
qui roganti hosti nostro manubrium dedimus
Ut cogites ante ne hosti aliqua praestes.

Adnotatio. Promythium sumpsi ex B, om. a. — **4.** *oleastrum* wr : *oleastro* a. — *dare* add. w, om. a : *dari iusserunt ex oleastro* Postgate. — *ceterae* Nilant : *cetera* a. cf. *omnes* (scil. arbores) r. — **7.** *sic dixisse fertur* w (quod item *Φ* I 10. 8 : *ait* a. — **2** et **9** *manŭbrium* antepaenultima brevi concludit senarium; ut Plautus Ep. 525 *manŭbrio* in exitu senarii. quamobrem Plauti Aul. 471 fortasse legendum est *exemi ex manu illi mánŭbrium*. ubi quod traditum est *exemi ex manu manubrium*, inde non fit iustus exitus senarii Plautini. neque enim Plautus solet natura breves syllabas positione producere. at Iuvenalis XI 133

φ XVII. a 51. SIMIVS TYRANNVS.

. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

Duo homines unus fallax et alter verax iter simul agebant ·
et cum ambularent venerunt in provinciam simiarum ·
Quos ut vidit una ex multitudine simiarum ·
qui se aliis priorem constituerat
iussit eos teneri. Et interrogat quid de illo homines dicerent ·
Iussitque omnes simios sibi similes adstare ante se ordine longo · dextra laevaque. et sibi sedile parari · sicut viderat imperatorem aliquando taliter sibi adstare fecit ·

Iubentur homines adduci in medio · Ait maior ·
Quis sum ego? Fallax dixit · Tu es imperator ·
Iterum interrogat · Et isti quos vides ante me stare?
respondit · hi sunt comites tui ·
Et quia mendatio laudatus est cum turba sua ·
iubet illum munerari ·
Verax autem apud se cogitabat · Si iste mendax sic accepit · ego si verum dixero magis munerabor ·

Et robora [*alta et*] ramos coepit caedere.
[*Tunc*] sic dixisse [fertur] quercus fraxino:
»[*Haec*] digne et iuste [*tanta nunc*] patimur [*mala*:]
Hosti roganti dedimus nostro manŭbrium».
Ante [*ergo*] ne qu*id* praestes hosti cogites.

manūbria antepaenultima longa, quam dimensionem hexameter dactylicus scilicet postulabat.

Hanc fabulam esse Phaedrianam ex eo ipso conicimus, quod Phaedrus in prooemio libri primi — quod prooemium fortasse fuit commune librorum primi et secundi — versu 6 dixit se non tantum feras fecisse loquentes sed etiam arbores. quod cadere videtur in hanc unam fabulam omnium, quae quidem Phaedri haberi posse videantur. neque enim Aviani fabulam 16 neque 19 inter Phaedrianas umquam fuisse censemus.

XVII. SIMIVS TYRANNVS. *Metrum restitutum.*

»Utilius homini nihil est quam recte loqui».
Probanda cunctis est quidem haec sententia,
Sed ad perniciem solet agi sinceritas,
[*Ubĭ veritate plus valet mendacium.*]
Simul iter agebant verax et fallax homo.
Ad simiorum [*forte*] *populum* venĕrunt.
E *turba* quos ut vidit un*us* simi*us*,
Qui se priorem constituerat *ceteris,*
Eos teneri iussit, *u*t quid dicerent
De se*se* interroga*re*t. sicut [*principi*]
Sedile sibĭ parari, *tum* similes sibi
Dextra laevaque simios longo ordine
Adstare fecit, imperatori ut [*suum*]
[*Comitatum*] adstare [*magnum*] aliquando viderat.
Iubentur homines duci in medium. *interrogat:*
»Quis ego sum?» fallax dixit: »imperator es».
Tum rogat: »et *hi,* quos ante me sta*ntis* vides?»
Respondit: »hi sunt [*nobiles*] comites tui».
Mendacio laudatus cum turba sua
Hunc [*simius*] *don*ari muneri*bus* iubet.
At verax secum: »*ea* si cepit *praemia*
Tanta iste mendax, ego si verum dixero,
[*Ob id*] ma*iora mihi dabuntur* munera».

Tunc ait maior simia·
Dic et tu quis sum ego et hi quos ante me vides·
At ille qui semper veritatem amabat et loqui consueverat·
respondit. Tu es vere simia·
et omnes hi similes tui simiae semper sunt·
lubetur continuo lacerari dentibus et unguibus· eo quod illis verum dixisset
hoc modo fieri solet ab hominibus malis ut fallacia et malitia ametur et honestas et veritas laceretur·

Adnotatio. V. 1—4 Promythium ex *Φ* addidi cum supplemento meo. quod promythium in *Φ* mutilum esse, ex eo intellegitur quod verba talia qualia sunt haec inter se pugnant. primum enim dicitur generaliter nihil esse utilius quam verum loqui, deinde contra generaliter perniciosum esse verum loqui. quod quia absurdum est, sequitur ea primo esse dicta aliter, non generaliter utrumque. quamobrem addidi versum 4, quo id quod dictum esset versu 3 proximo limitaretur, atque vis eius ita circumscriberetur ut illis quae versibus 1 et 2 essent dicta non repugnaret. — quod promythium huius fabulae extare *Φ* IV 13. 1—3, cum ipsa fabula excidisset, primus vidit Lucianus Mueller de Ph. et Av. fab. p. 18. is ostendit huic uni de simio tyranno fabulae hoc aptum esse promythium. cui oblocutus Thiele p. LX quod dicit hoc promythium aptum esse etiam ad priorem partem fabulae de leone tyranno (quae est fabula huius libri XXV), non perspexit proprium esse fabularum Phaedrianarum et quasi more ac lege constitutum ut vis et summa unius cuiusque fabulae postrema fabulae parte comprehenderetur. ex quo efficitur, si quaeras quae sit cuiusque vis fabulae, non tam priorem quam posteriorem fabulae partem esse spectandam. atqui fabula de leone tyranno narrat ipsum blandiloquum et mendacem a tyranno esse leto datum. quod contrarium est huic fabulae de simio tyranno, qua postrema dicitur esse leto datus verax, quod dixisset simio verum . qua narratione illustratur et confirmatur posterior eiusdem fabulae promythii pars, qua' dicitur ad perniciem agi solere sinceritas ubi veritate plus valeat mendacium. cui promythio quae sit apta nulla praeter hanc de simio tyranno fabulam extat; nisi quid simile docet narratio illa de saeva Aesopi domina app. 15. cui Aesopus quod dixerat illam se frustra ornare, quo meliuscula amatoribus videretur, cum propterea vapulasset, post verum dicere de alia re iussus, gravibus poenis propositis si verum non dixerit, »aliis minare, me quidem haud falles» ait; »flagris sum caesus, verum quia dixi modo». quod quidem huic simile est, sed eius fabulae promythium extat suum: *Quam noceat saepe verum dicere.* quod ad iustam et plenam senarii formam sic potest redigi: [*Humili*] *quam noceat saepe verum dicere* [*Haec brevis Aesopi comprobat narratio*]. denique, utut restituimus hoc fabulae promythium Perottinae, satis apparet Perottinae illi narrationi suum ac peculiare esse promythium, ut ibi non locus sit huic promythio *Φ* IV 13. 1—3. quod, Muellerum secuti, fabulae de simio tyranno adplicavimus.

Igitur roganti simio*rum principi:*
»Dic et tu: quis ego et ante me quos *conspicis?*»
Qui ver*u*m amabat et loqui consueverat
Respondit: »[*et*] tu es [*ipse*] vere simi*us*
Et hi sunt omnes simi*i* similes tui».
Iubetur *di*lacerari continuo unguibus
Et dentibus quod illis verum dix*erat*.
Sic solet am*ari* malitia et fallacia,
Honestas veritas*que* lacer*ari* a malis.

Eadem fabula eiusdemque cuius a 51 generis φ est r IV 8; unde nonnulla, quae propiora esse Phaedro videbantur, adscivi: **v. 8** *qui se aliis priorem constituerat* r (unde ego: *Qui se priorem constituerat ceteris*): *ipse qui prior esse videbatur* a; — **10** *simios sibi similes* r: *omnes sibi similes* a; — **31—32** (epimythium) *hoc modo fieri solet ab hominibus malis ut fallacia et malitia ametur et honestas et veritas laceretur* r: *malis hominibus qui fallatiam et malitia amant honestatem et veritatem lacerant* a. — seclusi haec interpolatoris additamenta: **v. 17** *primicerii campiductores militares officii,* — **19** *Et quia adulatus est omnes illos fefellit,* — **21** *qui omnia mentitur.* — **6.** *simiorum populum* scripsi (cf. *ciconiarum populus* in epigrammate ap. Porphyrionem ad Hor. S. II 2. 49): *provinciam simiarum* a. *provinciam* sic generaliter sine ulla administrationis adsignificatione dicere postremae latinitatis est, Phaedri autem aetate nondum sic dicebatur. — *simiorum* et *simius* scripsi cum Φ et libris Romuli: *simiarum* et *simia* a. — **16** *quis ego sum,* de ictu talis sententiae, v. Havet p. 159 § 21. — **18.** *nobiles* conieci: *primicerii campiductores militares offitii* a. quae sunt quarti et quinti saeculi nomina, ad Phaedrum nihil pertinent.

Havet ed. p. 106, Luciano Mueller adsentiens atque in eandem sententiam disputans, coniecit hanc de simio tyranno fabulam scriptam esse in C. Caesarem Caligulam, ibique affert ad rem illustrandam locum Dionis Cassii LIX 26. 8. ubi narratur homo Gallus, cum imperatorem in Iovis ornatu pro alto suggestu se iactantem risisset, adductus imperatore coram, interroganti illi: »quis ego tibi videor esse» respondisse sic: »nugae maximae» (*ὅτι μέγα παραλήρημα.* quocum confer huius fabulae versus 24—28), nec tamen ideo esse quidquam mali passum, qui rei eventus fuit contrarius quidem huic fabulae, ubi ille qui verum dixisset, ideo interfectus esse narratur, quibusdam rebus tamen narratio Dionis est similis huic fabulae, atque Caligula fertur, non contentus imperatoria dignitate, divinam sibi adseruisse maiestatem (Suetonius Gai. c. 22); et constat in illo homine fuisse crudelitatem cum vanitate coniunctam, qui quasi deorum fuit simius, quem tradit Suetonius (c. 52), plerumque aurea barba cum fulmine aut fuscina aut caduceo, deorum insignibus, conspectum, quid? quod fortasse habebat Gaius Caesar, qualis a Suetonio cap. 50 et a Seneca de const. sap. 18 describitur, ipsa corporis forma et specie aliquid simio simile. illa igitur coniectura Haveti, si non est certa, at haud improbabilis. quod si Phaedrus hanc fabulam scripsit, si proposuit simium ut exemplum

vanitatis, usus est non suo invento sed more communi. nam graecis quoque fabulis 81 et 56 Babrii et 363 Halm (88 C) lepide et facete describitur vanitas simii. et imitandi studium simio innatum, quod huius fabulae de simio tyranno versibus 10—14 tangitur, graecis quoque fabulis 360 Halm (355 C) et 362 Halm (309 C) irridetur.

Ex recensione ea quam dedimus, apparet hanc quidem fabulam esse multum interpolatam, sed et de Phaedri verbis multa superesse et versificationis extare certa vestigia. ut senariorum laciniae sunt 12 *dextra laevaque,* 15 *lubentur homines duci in medium* – ⏑ – (*adduci* a), 8 *qui se priorem constituerat* – ⏑ –, 22 ⏑ – ⏑ – ⏑ *ego si verum dixero,* vel, oratione contracta in brevitatem Phaedrianam, 26 *qui* [semper] *ver*[itatem] *amabat et loqui consueverat* > *Qui verum amabat et loqui consueverat,* 28 *et omnes hi similes tui simiae* [semper] *sunt* > *Et hi sunt omnes simii similes tui;* 19 *mendacio laudatus* [est] *cum turba sua* > *Mendacio laudatus cum turba sua;* aut denique oratione expleta 18 *Respondit*: *hi sunt* [*nobiles*] *comites tui,* 27 *Respondit*: [*et*] *tu es* [*ipse*] *vere simius.*

Iam vero quod ad dictionem attinet, per obductas sordes noviciae latinitatis pellucent antiqui sermonis haud pauca. ac primo commemoro abstracta in promythio et epimythio frequentata: ut v. 3 *sinceritas* ita 31 *malitia* et *fallacia,* 32 *honestas veritas*que. ad quorum similitudinem v. 4 scripsi: ubi *veritate* plus valet *mendacium.* quod cum Phaedri congruit consuetudine. ut Φ I 2. 2 procax *libertas,* 3 *licentia,* I 3. 16 Nec hanc repulsam *tua* sentiret *calamitas* (tua calamitas = tu calamitosus), I 4. 5 decepta *aviditas* (ubi aviditas = avidus), I 5. 11 sic totam praedam sola *improbitas* abstulit (sola improbitas = solus improbus). I 13. 12 ingemuit corvi deceptus *stupor* (corvi stupor = corvus stupidus)], et cetera eius modi, quae passim per libros Phaedri permulta sunt. cetera Phaedrianae dictionis similia quaecunque extant in hac fabula quia longum est omnia exscribere, exempla haec selecta affero. v. 5 *iter agebant,* cf. Ovidius Met. VIII 225 et A. A. II 84 *egit iter,* T. V 10. 6, E. P. I 10. 6, *iter peragit.* — ib. *verax* ~ Φ III 3. 1 Usu peritus hariolo *verucior* (*veracior* Bongars certa coniectura: *velocior* P). — ib. *fallax* ~ Φ app. 4. 5 commendat officinam *fallaci* Dolo.

φ XVIII. a 53. ANSER ET CICONIA.

Ciconia dum adsolitum devenisset stagnum ·
invenit anserem se creberrimis mergentem undis ·
Inquirit ab eo · cur hoc faceret · respondit · consuetudo nobis est · Nam escam in limo reperimus ·
et accipitris impetum ad nos venientis sic evadimus ·
Cui ciconia · Sum accipitre ipsa fortior · Sed tene amicitiam mecum
et faciam te illi insultare ·
Credidit et protinus eius petivit auxilium ·
. . . . . .

÷ 7. *e turba unus* simius ~ Φ III 19. 7 *quidam e turba* garrulus, IV 5. 1 Plus esse in *uno* saepe quam in *turba* boni. — ib. *unus* = quidam ~ Φ II 5. 11 ex alticinctis *unus* atriensibus. — 9. *teneri* = retineri ~ Φ III pr. 59, II 2. 4 *tenebat* (Gude: *tegebat* P), IV 5. 40 — 15 *iubentur* homines duci ~ Φ III 19. 2 parare cenam *iussus est*. — 12 *dextra laevaque* ~ Φ app. 26. 8. — 15 et 17 *interrogat* (*rogat*) cum oratione directa: *interrogat*: *quis ego sum?* ~ Φ app. 9. 4 3 *interrogasse* sic gallinam dicitur: *Dic* sodes quanto et q. sq. — item v 18 et 27 *respondit* cum oratione directa: 27 *respondit*: et tu es ipse vere simius ~ Φ I 1. 11 *respondit* agnus: »equidem natus non eram«, I 22. 4, II 8. 17, III 6. 4, IV 19. 6. — 19. *mendacio* ~ Φ III 10. 48, app. 4. 21. — 22 *mendax* ~ Φ I 17. 1. — 19 (simius) cum *turba sua* ~ Φ I 19. 9 si mihi et *turbae meae* par esse potueris. — 22. *si verum dixero* ~ Φ app. 15. 14 *verum si* non *dixerint*. — 27. tu es *vere* simius ~ I 14. 17 hoc pertinere *vere* ad illos dixerim. — 28. *similes tui* ~ Φ IV 24. 10 *horum simile*. — 29. *iubetur dilacerari* ~ II 8. 26 quem *iubet occidi*. — ib. *dilacerari dentibus* ~ Φ I 12. 11 *lacerari morsibus*, cf. Φ IV 6. 9 immolatos avidis *dentibus*. — 31. *malitia* et *fallacia* ~ Φ II 4. 5 *fraude* et scelesta sic subvertit *malitia*, I 31. 5 consilium vertit ad *fallaciam*, III 16. 10. — 32 Honestas *Veritas*que lacerari solet ~ Φ app. 4. 18 modesto gressu sancta incessit *Veritas*.

Haec tot in hac fabula insunt signa et indicia originis Phaedrianae. temere igitur ac leviter Thiele, quod, nec numerorum restitutione temptata nec verbis examinatis, negat scribi potuisse hanc talem fabulam a Phaedro. at cur negat? audi causam: »quod narratio huius fabulae cursu expedito facilique decurrat!» (Thiele p. LX »die Fabel steht positiv fern. Die Erzählung verläuft, wie in allen Fabeln, die Phädrus fernstehen, glatt und ungestört.«) ergo, si Thielio credimus, Phaedrus scriptor est salebrosus obscurus impeditus! mirum profecto illud Thielii de Phaedro iudicium, cum nemo poeta Romanus sit ad intellegendum facilior Phaedro, nemo limpidior, nemo purior, nemo limatior, cum denique laus Phaedri praecipua sit grata et iucunda simplicitas. sed quid plura? rebus verbisque accurate et diligenter examinatis, hoc videmur esse adsecuti ut Thielio certius de hac fabula iudicare possimus.

XVIII. ANSER ET CICONIA. *Metrum restitutum.*

Ad solitum stagnum ven*era*t ciconia.
Undis se crebris *vidit* mergentem anserem.
Inquirit cur hoc faceret. *anser*: »*quaerere*
Escam» *inquit* »limo nobis sic consue*vimus;*
Sic [*saevum*] accipitris impetum et*iam* evadimus».
Ciconia *illi* [*tunc*: »*at*] *ego* sum fortior
Accipitre. *proinde* mecum amicitiam tene,
Hosti insultare [*tutum*] te faciam *tuo*».
Cred*ens* petivit [*ille*] auxilium protinus
Novi patroni, [*fit comes ciconiae*].

Quae dum cum illa foras in agrum exiret ·
ilico accipiter supervenit ·
Et comprehensum anserem unguibus · devoravit ·
. . . . . .
Cui anser econtra · qui se tam flebili patrono coniungit ·

peiori nece finiri debet ·
qui se ab illis defendi desiderant ·
qui tutationem praestare non possunt.

Adnotatio. Lacunarum signa in a interponenda erant duobus locis. hiat enim primum inter versus 9 et 11 oratio, non satis apta narratione; deinde inter versus 13 et 15 orationem in a esse mancam ex eo intellegitur quod, ut verba in a sunt posteris tradita, illa quae proxime sequuntur *Cui anser econtra* habent quo referantur nihil. quae verba non accipitri sed ciconiae dicta sunt scilicet. quod ipsum illud *econtra* (= *contra*) declarat, quod responsum significat indicatque insequens. itaque verba verbis ciconiae referens hoc loco anser inducitur. — **2.** *crebris* scripsi metri causa : *creberrimis* a. — **13.** *fert praedam* conieci : *devoravit* a. quod si verum esset, huius fabulae auctor sequenti versu 15 fecisset anserem devoratum loqui, quod absurdum est. — **15.** *moriens* addidi. ita fabulam claudunt verba morientis, quo gravior sit monendi vis fabulae. quod in multis fit fabulis Phaedri, ut, qui stulte aut prave egerit, calamitate edoctus, imminente morte stultitiam suam accuset sibique ipse imputet suum exitium. ita Φ I 12. 12 moriens cervus dum laceratur a canibus, Φ I 31. 13 columba videns sibi mortem instare ab accipitre, φ XIIII 25 moriens vulpes dum laceratur a canibus, φ XVI 7 arbores dum caeduntur securi, φ XXIX 12 aries dum ab lanio trahitur ad mortem.

Haec fabula neque extat nisi in a neque est graeca, quod sciam, ulla fabula Aesopia eiusdem argumenti.

Phaedrianam esse hanc fabulam has ob causas existimamus.

Primum, quod ex ea metri restitutione quam supra dedimus elucet, senarii tales, quales Phaedrus solitus est pangere, facile et quasi sponte redeunt verborum ordine restituto et redintegrata antiquitate sermonis.

Iam dictionis antiquitas, et ea Phaedro similis, quod ex recensione quam supra praebuimus apparet, pellucet per interpolationis novicias et adventicias sordes. 1 *solitum* stagnum poetice. cf. Ovidius A. A. III 727 *solitas* iacet ille per herbas, F. IV 687 *solitas* intravimus aedes. — *stagnum* ~ Φ I 6. 6 *stagni* incola (rana), 2. 17 e *stagno*. — 2 *se mergentem undis* = aquis, poetice. cf. Ovidius F. II 389 *mersus* Tiberinus in *undis*, M. IV 102 sitim multa compescuit *unda*. — *se*

In āgrum dum [*sic*] exit cum *ciconia,*
[*Volans*] accipiter ilico supervĕnit,
Et unguibus comprensum *fert praedam* anserem.
[*Ciconia est miserata vanis questibus.*]
Cui contra [*moriens*] anser: »qui tam flebili
Patrono se coniunxit [*et concredidit*],
[*Is*] debet [*vel*] peiore finiri nece».
Defendi ab illis quidam se desiderant
Tutelam qui praestare possint neminī.

mergentem cum ablativo (undis) ~ *Φ* I 2. 16 *mersum* limo cum iaceret diutius, IV 6. 10 *mersit* tartareo specu. — undis *crebris* = undis crebro ~ *Φ* app. 14. 26 amorem *crebris* avocabat poculis. — quod poetici moris est, ut adiectivum *creber* ponatur pro adverbio *crebro*. ut Vergilius A. II 492 labat ariete *crebro* ianua, V 459 sq. heros *creber* utraque manu pulsat versatque Dareta, V 435 erratque auris et tempora circum *crebra* manus. — 3 cur hoc *faceret*. faciendi verbum significat aliquid modo dictum definitius ~ *Φ* II 3. 5, V 5. 19. — cum verbis *inquirit cur hoc faceret* Havet Rev. crit. XXXI 315 confert *Φ* I 30. 4 *interrogata* ab alia *cur hoc diceret*. — 4 *quaerere escam* ~ *Φ* III 12. 2 *quaerit escam*. — 5 *accipitris impetum* ~ *Φ* I 11. 10 *leonis impetum*, III 2. 14. — impetum *evadimus* ~ *Φ* IV 6. 4 *evaserunt* necem. — 6 *ego sum fortior* i. e. plus viribus valeo ~ *Φ* III 7. 6 *ego sum* longe *fortior*, app. 11. 6 Quod» inquit »ergo, stulte meruisti decus, minus valentem si vicisti *fortior?*» i. e. valentior. item Ovidius Her. I 109, Am. II 11. 38, III 1. 42, Rem. Am. 442, F V 202. — 7 *tene* i. e. serva, retine ~ *Φ* V 8. 3 quem si occuparis, *teneas* i. e. serves, retineas. — 8 *hosti insultare* ~ *Φ* I 21. 10 fortis indigne tuli *mihi insultare*. — 9 *petivit auxilium* (novi patroni) ~ *Φ* IV 4. 4 *auxilium petiit* hominis. — petivit auxilium *protinus* ~ *Φ* IV 19. 4 hominem necuit (nocuit P) *protinus*. — 11 in *agrum* ~ *Φ*. — in agrum *exit cum* ciconia ~ *Φ* II 4. 14 simul (sus) *exieris* pastum *cum* tenero grege. — 12 *ilico* supervenit ~ *Φ* app. 13. 18 *ilico* succenditur. — 13 *comprensum* ~ *Φ* III 5. 10 *comprensus*. — *fert praedam* ~ *Φ* I 4. 4 *praedam ferri*. — 14 *miserata* ~ *Φ* III 10. 46 *miserandam*. — *vanis questibus* ~ *Φ* I 9. 7 *questu vano*. — 15 *cui contra* .. anser (*cui anser econtra* a) = cui respondit anser ~ *Φ* V 10. 7 *cui* senex *contra* latrans, I 2. 28 tum *contra* deus, IV 8. 5 illa *contra* contumax. — *flebili* ~ *Φ* I 18. 3 *flebiles*. — 16 *patrono* ~ *Φ* III 10. 37 stant *patroni* fortiter causam tuentes innocentis feminae. — 17 *finiri* ~ *Φ* I 18. 7 illo posse confido loco malum *finiri*. — peiore *nece* ~ *Φ* I 1. 13 iniusta *nece*. — 18 *desiderant* cum infinitivo ~ *Φ* III pr. 1 Phaedri libellos legere si *desideras*. — 19 *tutelam praestare* ~ *Φ* I 31. 9 me regem .. qui *tutas praestem* ab omni iniuria.

φ XIX. a 58. EQVVS PROMISSOR.

Equum cum rogaret asinus parum sibi hordei dare
libenter inquit si possem
et pro dignitate nostra large tribuerem·
Sed cum venerimus ad praesepia vespere
dabo tibi· folliculum plenum farre·
Et asellus· Qui rem tam parvam negas
quid in maiori te facturum existimem?
qui cum magna promittunt parva negant
est in ḍaṇḍo ṭḷo lev .. tenax pollicitando

Adnotatio. 1 *rogabat .. paullulum* Burman: *cum rogaret .. parum* a. — 2. *tibi* add. Burmann, om. a. — 6. *Asellus contra* scripsi: *Et asellus* a: *Cui contra asellus* Luc. Mueller, Thiele. — *donabo* Postgate: *dabo* a. — 9. *Tenax in dando est, qui pollicitando levis* videtur primo dictum esse, sed verba turbata sunt et pars eorum paene oblitterata, ut vix legi possint. sed quod v. 9 videtur esse scriptum, id quodammodo commendatur chiasmo . qui apte redditur chiasmo versus proximi *Promittunt magna, parva dare qui denegant.* etenim Phaedrus quidem amat chiasmum. ut *Φ* I 27. 11 *trivio conceptus, educatus stercore,* I 2. 29 noluistis *ferre bonum, malum perferte,* I 3. 1 Ne *gloriari* libeat *alienis* bonis, *suoque* potius habitu vitam *degere,* I 4. 1 *Amittit* merito *proprium,* qui *alienum expetit,* I 12. 5 ramosa mirans *laudat cornua, crurumque* tenuitatem *vituperat,* v. 14 sq. *Utilia* mihi quam fuerint quae *despexeram,* et quae

φ XX. a 60. PVLEX ET CAMELVS.

Culex dum forte in cameli dorso morasset cum omnibus sarcinis·
Deinde saliens dixit· Ideo me ocius
ad terram mitto· ne te atritum gravem·
At ille· Gratum est inquit· Sed nec imposito te sentire pondus potui· nec deposito habere levamen.
Qui se superiori absque ordine coaequare nititur·
in despectu notatus devenit

Adnotatio. Huius fabulae Phaedrianae memoria in **a** extat integrior quam in libris ceteris. nam w IV 3 et r IV 18 praebent Phaedrum cum altero fonte contaminatum. — 1 *Pulex* scripsi cum w r: *Culex* a, quod videtur esse illatum ex quadam de culice vano fabula, qualis est illa Babriana 84, ubi haec narrantur: *κώνωψ ἐπιστὰς κέρατι*

XIX. EQVVS PROMISSOR. *Metrum restitutum.*

Equum hordei roga*bat* asinus pa*ullul*um.
[*Equus*] »libenter» inquit »si possem [*tibi*]
Pro dignitate nostra large tribuerem.
Sed cum venerĭmus vespere ad praesepia,
Folliculum plenum farre do*n*abo tibi».
Asellus *contra*: »rem qui tam parvam negas,
Quid in maior*e* te facturum existimem?»
Promittunt magna, parva [*dare*] qui *de*negant.
Tenax in dandost, qui pollicitando lev*is*.

laudaram quantum *luctus* habuerint, I 14. 15 Qui *capita* vestra non dubitatis *credere*, cui calceandos nemo *commisit pedes*, I 30. 7 est *ratio separata* ac *diversum genus*, II pr. 14 *negare cupidis, modestis offerre*. II 1. 12 est *aviditas dives* et *pauper pudor*, III pr. 13 *animum relaxes, otium des corpori*, 58 qui *saxa* cantu *movit* et *domuit feras* ceteraque huius generis, quae multa sunt.

Senarii huius fabulae in a extant duo integri versus 3 et 7, duo paene integri versus 4 et 6.

Haec fabula est una earum quas Phaedrus tam multas scripsit in vanitatem levitatem fraudem mendacium. ut *Φ* I 2, 7, 9, 10, 13, 14, 16, 17, 19, 23, 25, 31, IV 2, 23, 24, V 2, 5, 7, app. 4, 7, 17, 26, 30, *φ* I, XI, XII, XIII, XIIII, XVIII, XXIII, XXIV.

XX. PVLEX ET CAMELVS. *Metrum restitutum.*

Pulex erat cameli dorso in sarcinis.

[*Illi*], inde saliens, dixit: »ideo me ocius
Ad terram mitto, ne [*iam*] te attritum gravem».
At ille: »gratum est» inquit; »sed te nec [*prius*]
Imposit*um* sens*i*, nec [*nunc*] deposito lev*or*».
Qui se*se* aequare superiori nititur,
[*Merito*] notatus in despectu*m* devĕnit.

καμπύλῳ ταύρου μικρὸν τ' ἐπισχὼν εἶπε ταῦτα βομβήσας· »εἴ σου βαρύνω τὸν τένοντα καὶ κλίνω, καθεδοῦμ' ἀπελθὼν ποταμίης ἐπ' αἰγείρου». ὁ δ' οὐ μέλει μοι» φησίν, »οὔτ' ἐὰν μείνῃς οὔτ' ἦν ἀπέλθῃς. οὐδ' ὅτ' ἦλθες ἐγνώκειν». quae culici, non pulici est apta narratio. haec autem, de qua nunc quaeritur, collectionum awr fabula est pulici apta, non culici. quod in a quidem

versus primus secundusque declarant. pulex enim et potuit esse vivus in sarcinis et saliens ut est dici, culex non item. quamobrem non dubium est quin pulex sit in hoc quidem a libro verius. nec tamen in a culicis nec pulicis sed imago aviculae longo rostro appicta est. — **7.** *notatus* a^1 : *notatione* a^2. —

Senarius huius fabulae in a extat integer nullus; paene integri versus 2, 3, 7.

Dictionis memorabilia, ut Phaedro similia, haec adnotavi. 1. *dorso* = in dorso ~ *Φ* IV 4. 4 *dorso* levans, app. 24. 2. *dorso* tulisset. — in *sarcinis* ~ *Φ* II 7. 1 muli gravati *sarcinis*. — 2 *saliens* ~ *Φ* IV 3. 2 summis *saliens* viribus. — *ideo* ~ *Φ* IV 24 (25). 17. — 3 *mitto* = demitto ~ *Φ* I 2. 14 *missum* = demissum, V 7. 23 *misso* (= demisso) aulaeo. — 3 ne iam te attritum (sarcinis) *gravem* ~ *Φ* II 7. 1 *gravati* sar-

φ XXI. a 65. SERPENS DOMESTICVS.

In domo cuiusdam pauperis serpens
ad mensam semper venire consueverat·
et inde fovebatur micis·
Non longo post tempore factus est pauperior· et coepit
irasci serpenti quem secure vulneravit·
Interposito tempore· ille ad egestatem rediit·
et ..... intellexit
fortuna· serpentis. causa illius dives fieri antequam ab illo laceraretur ....
Ut ignosceret peccanti petiit; et serpens. respondit.

Quia tu penitebis sceleris tui
usque dum cicatrix clauserit
.....
non credas in me gratam fidem·
Nam redeo tecum in gratiam.
sed si obliviscar securis perfidiam.
quis debet esse suspectus qui aliquem laesit aliquando· et hoc est maxime
nocendum cum amico in gratiam redire: :;

Adnotatio. Sive quae supplevi sive emendavi, ea scripsi litteris *inclinatis*, ut soleo. cetera sunt ex codicibus. **1.** *Humili* addidi metri causa. cf. Horatius C. III 1. 22 *humiles domos*. — **2.** *mensulam* VE: *mensam* waBMFS. — **3** *lectisque micis hinc* (cf. consueverat serpens subtus mensulam illius *micas colligere* VE) : *et inde .. micis* a. — **4.** *pauper*

cinis. — 4 *gratum est* ~ *Φ* I 22. 5 *gratum esset*, app. 26. 11 ecquid *est gratum* tibi? — 4 *At ille* dictum ad indicandum responsum insequens ~ *Φ* I 15. 7 *At ille* lentus: »Quaeso num binas mihi clitellas impositurum victorem putas?« item *Φ* I 21. 10, 25. 7, 16. 4, II 8. 8. — 5 *impositum* (onus) ~ *Φ* IV 10. 1 peras *imposuit* Iuppiter, I 15. 7 clitellas *impositurum*. — ib. *deposito* (onere) ~ *Φ* I 18. 5 Onus naturae melius quo *deponeret*, app. 15. 6 cultum si *deposueris*. — ib. *te nec .. sensi* ~ *Φ* II 8. 14 *nec ille quicquam sentit*. — 6 *superiori* ~ *Φ* I 1. 2. — ib. *nititur* cum infinitivo ~ *Φ* IV 26 (V epil.) 17 frustra adiuvare bonitas *nitetur* tua. — 7 *notatus* (per ignominiam) ~ *Φ* I 3. 11 A quo repulsus tristem sustinuit *notam*. — ib. in despectum *devenit* = incidit ~ *Φ* IV 9. 5 *Devenit* hircus sitiens in eundem locum. — *despectum*, cf. *Φ despexerat, despicio, despectis*.

XXI. SERPENS DOMESTICVS. *Metrum restitutum.*

[*Humili*] in domo cuiusdam serpens pauperis
Semper venire ad mensulam consueverat,
[Lectis*que*] micis *hinc* fovebatur [*suis*].
Post coepit pauper *ille*, *u*t [dives] factus est,
Serpenti irasci. quem secur*i* vulnerat.
Post paulo rediit ad egestatem [pristinam].
[*Edoctus calamitate demum*] intellegit
Serpentis [se] Fortuna et causa divitem
[*Et*] ante *factum* et [*nunc* egestatem pati].
[*Quapropter*] petiit ut sibi [ignorantia]
Peccanti ignoscat. serpens respondit [*dolens*]:
»[Ignoscam] quia te paenitet sceleris tui.
[Sed vulnus] usque dum cicatrix clauserit,
Dum [*gravis hic*] a me [*tandem*] transierit dolor,
[Esse] integram in me ne [*tibi*] credas fidem.
Nam*que ita* red*i*bo tecum [*antiquam*] in gratiam
Securis si obliviscar perfidiam [*tuae*]«.
Qui laesit es*t* suspectus *merito*. hoc maxime

[*Prohibet*] nocen*te*m [*mox*] redire in gratiam.

ille scripsi: *homo ille* F: *pauper* BMS w: *pauperior* a. — *dives* add. w F: om. aBMSVE. — **5.** *securi* scripsi: *secure* awr. — *vulnerat* praes. hist. poet. cf. Verg. A. IX 266, Schmalz Gr.[4] § 222 p. 484. — **6.** *Post paulo* ~ *Φ* app. 15. 11. — *pristinam* add. S: *maximam* add. F: om. ceteri. — **8.** *se* add. F: om. ceteri. — *Fortuna* prima littera maiuscula scripsi, ut deae nomen.

ut enim serpens huius fabulae genius est loci domusque, ita Fortuna serpentis est domus Fortuna vel loci Tutela cum Genio loci coniuncta tamquam comes et socia et compar. cf. CIL V 3304 *Genio et Fortunae Tutelaeque huius loci,* CIL VI 216 *Deo Tutelae Genio loci;* apudque Petronium 57 unus de convivis Trimalchionis »Ita» inquit »*Tutelam huius loci* habeam propitiam ut ..» — **9.** *et .. egestatem pati* add. w. om. ar. — **10** sq. *ignorantia peccanti* scripsi : *ignoranti* w : *peccanti* ar. — **12.** *ignoscam* add. wr : om. a. — **13.** *sed* add. wSFM : *sic* BVE : om. a. — *vultus* add. S : om. ceteri. — **14.** supplevi ex w, ubi sic est : *dum a me transierit dolor.* — **15.** *esse* add. F : om. ceteri. — *integram* wr : *gratam* a. — **16** sq. *ita* addidi, supplementum sententiae necessarium. *ita .. si* i. e. 'non aliter quam si' vel 'tum demum'. ut Φ prol. II 11 sq. Bonas in partis lector accipias velim *Ita si* rependet illi brevitas gratiam (*Ita si* Barth : *Ita sic* P), et Cicero Ac. II 19 *ita* est maxima in sensibus veritas *si* sani sunt, Off. I 28, Cato M 38, cetera. — **16** [*antiquam*] = pristinam, ut Horatius Epist. I 1. 3 iterum *antiquo* me includere ludo. — **19.** *nocentem* conieci : *nocendum* a.

Etiam in hac fabula, quamvis eius verba turbata et infuscata sint, tamen Phaedrianae versificationis vestigia aliqua tralucent, senariique facile revocantur.

Atque elocutionis haec, ut notabiliora, cum Φ conferemus. l.

φ XXII. w I 4. LEPORES ET RANAE.

Qui sustinere non potest malum
[alios inspiciat et tolerare discat.]
Dum strepitum magnum venit ad lepores
dicunt se propter adsiduos metus
iam vitam velle finire venerunt ad quendam locum quo se praecipites darent
leporum vero magnis adventu territae ranae fugientes
heu inquid unus leporum
sunt [et alii] quos malorum tetigit timor.
sequamur ut ceteri vita.
[.. feramus si quid acciderit mali]
[Neque enim .... omni tempore malum erit].

Adnotatio. Mutilam orationem resarcio supplementis partim ex r, id est w²BFV, sumptis, quae litteris rectis; partim meis, quae *inclinatis* litteris scripta sunt. **1.** *proprium* add. V, om. w. — **2.** add. w², om. w¹. — **3.** *Dum,* erasum in w¹, retinuit F : *cum* w²BV. — *subito* FV : *subitus* B : om. w. — *strepitus magnus* w² : *strepitum magnum* w¹. — **5.** *lacum* w² : *locum* w¹. — *at* add. r : om. w. — **7.** orationem in w corruptam emendavi ut potui. in archetypo libri w videtur fuisse

In domo *cuiusdam* pauperis, ut hoc in initio fabulae *quidam* ponitur ad eum significandum de quo narratur fabula, ita saepe in initiis fabularum *Φ*. ut *Φ* III 4. 1 Pendere ad lanium *quidam* vidit simium, III 5. 2 Aesopo *quidam* petulans lapidem impegerat, 8. 2 Habebat *quidam* filiam turpissimam, IV 5. 3 saepiusque. — 2 sq. ad *mensulam* ... cf. *Φ* III 7. 21. de *mensa* sua dat ossa dominus. — 3. serpens .. *fovebatur* ~ *Φ* IV. 19. 2 (Serpentem) *fovit*. — 6. *rediit ad* egestatem *pristinam* ~ *Φ* III 12. 5 *redisses ad* splendorem *pristinum*. — 8. *Fortuna* (dea) ~ *Φ* I 7. 4, II 9. 19, III 11. 6. — 9. egestatem *pati* ~ *Φ* IV 4. 9 frenos invitum *pati*, app. 18. 13 saevum *patior* dominum. — 10. *ignorantia* = ignoranti ~ *Φ* V 1. 10 ipsum *ignorans*, V 2. 11 *ignorantes* fallere. — 11 *respondit* cum oratione directa ~ *Φ* I 1. 11 *respondit* agnus: »equidem natus non eram». — 13, 14. *dum* = ad id tempus cum .. ~ *Φ* V 7. 11 aliquot menses transeunt, ad sanitatem *dum* venit curatio. — 16. *redibo* (*redeo* a) *tecum in gratiam* ~ *Φ* V 3. 6 *mecum* facile *redeo in gratiam*. — 17. securis *perfidiam* = securim perfidam ~ *Φ* app. 17. 7 *perfidiae lupi* = perfido lupo. — 18. *qui laesit* = qui dolore malove afficit ~ *Φ* I 18. 1 *qui laesit*, III 2. sq. *qui laeserunt*, II 7. 12 *laesus vulnere*. — *suspectus* ~ app. 17. 5 *suspectum* officium repudiavit malefici. 19. *nocentem* = eum qui laesit, cf. *Φ* I 26. 1 Nulli *nocendum* (i. e. nullum laedendum), si quis vero laeserit multandum simili iure.

XXII. LEPORES ET RANAE. *Metrum restitutum.*

Qui sustinere non potest [proprium] malum
[Tolerare inspici*ens* discat *sorte* alios *pari*].
Ad lepores strepitus magnus dum [subito] venit,
Di*xere* se*se* propter adsiduos metus
Finire vitam velle. [at] ad quendam lacum
[*Simul*] venere, quo se praecipites darent,
Leporum agmen fugi*unt* [*inde*] ranae territae.
»E*n*», inquit unus leporum, [»*nos illae timent*].
[Et alii] sunt malorum quos tetigit timor.
[*Vos ergo quoque*] sequamur vitam ut ceteri.
[*Aeque* feramus si quid acciderit mali.]
[Neque enim, *si nunc est*, male erit omni tempore]».

Leporum vero agminis adventu ... — *agmen* BFV: *magnis* w¹: *magno* w². — *inde* addidi. *inde territae* i. e. a lacu territae. cf. Ovidius T. I 11. 23 »Attigero portum. *portu terrebor ab ipso*. plus habet infestā terrā timoris aquā.» — 8. *En* scripsi: *heu* w: om. BFV: *Heus* Thiele. at vereor ne *heus* minus aptum sit huius narrationis contextui. *heus* enim cum apud ceteros tum apud Phaedrum est aut advocantis, ut *Φ* II 5. 21; aut iubentis, quod est *Φ* III 14. 6 »Heus» inquit »expedi quid fe-

cerim»; aut denique vehementer interrogantis, quod *Φ* I 23. 5 «Heus inquit linguam vis meam praecludere?» quorum nihil fit hoc loco. quamobrem, quo melius consuleretur sententiae, hoc loco posui *En* particulam monstrantis. cf. *Φ* III 11. 4 *En*, hoc unum est, V 5. 38 *En*, hic declarat quales sitis iudices, app. 29. 6 *En* cuncta! levitas putris et volito cinis. — **9.** *Et alii sunt* : *sunt et alii* FBV : *sunt alii* w² : *sunt* w¹. — **11** et **12** ex **r** addidi cum meis supplementis. — **11.** *mali* FV : *malum* BM. — **12.** *male erit* scripsi : *malum erit* VF : *erit* . . *malum* BMS. — **10.** *sequamur vitam ut ceteri*] r : *sequamur ut ceteri vita* w (*vitam* w²). — **12.** *omni tempore* VE : *toto tempore* BF. —

Senarius integer conficitur ex **w** et **r** versus 1 *Qui sustinere non potest proprium malum.* et hae laciniae supersunt senariorum : 4 ∪ – ∪ – *se propter adsiduos metus*, 6 ∪ – ∪ – ∪ *quo se praecipites darent*, 10 ∪ – ∪ – *sequamur vitam ut ceteri* (sic r : *s. u. c. v* w), 11 ∪ – *feramus si quid acciderit mali.*

Iam elocutionis haec notabiliora commemoro. Promythii a pronomine *Qui* incipientis eadem forma est ac *Φ* I 8. 1, 13. 1, 31. 1, IV 1. 1, 19. 1. — v. 1 *sustinere* . . *malum* ~ *Φ* I 2. 31 *sustinete* . . *malum.* — opposita sunt *proprium* . . *alios*, ut *Φ* I 4. 1 *proprium* . . *alienum*, IV 10. 2 sq. *propriis* . . *alienis.* — 2 *inspiciens* ~ III 8. 5 *inspexerunt.*

q XXIII. w I 5. HAEDVS ET LVPVS.

Praecepta parentium audire
anatorum semper laus
capella cum esset recens foeta ad pastum vellens ire in silva
ignarum monuit hedum · et mandavit
ne alio aperiret. quod clausum super eum fecerat propter quod
nullae forte
ad stabula pecorum · ita commonit haedum.
et sic capella silva petivit. paulo post venit lupus
vocae adsimulans matri. aperi mihi inquid precor ·
aperi plenis tuis uberibus ·
ad aedis per rimas auscultans [aspiciens]
ait. vocem matris audio non figuram.
[sed tu] iniqui [fallax ac inimicus es].
[sub matris voce] nostrum captas sanguinem.
sed movet me qui te novit et metum tuum propter ..... re-
linquere.

Adnotatio. Orationem codicis **w** mutilam et lacunosam explevi supplementis partim, quae litteris rectis scripsi, ex **r** II 9 (10) petitis, partim meis, quae scripta sunt litteris *inclinatis.* — **1.** *sedulo* addidi

— ib. tolerare .. (*exemplis*) *discat* ~ *Φ* II 2. 1 A feminis spoliari viros .. *exemplis discimus*. — 3 strepitus *subito* (*subitus* B) ~ *Φ* IV 18. 24 *subitus* fragor, I 12. 7 venantum *subito* vocibus conterritus. — 4 *adsiduos* = perpetuos ~ *Φ* app. 10. 12 *adsidue* = perpetuo. — 5 *lacus* ranarum domicilium ~ *Φ* I 6. 7. — ib. *finire* vitam ~ *Φ* I 18. 7 malum *finiri*. — ib. *at* = autem, sed in re improvisa et repentina ~ *Φ* frequenter, ut ceteri. — 7 leporum *agmen fugiunt*, transitive ~ *Φ* I 31. 3 Columbae saepe cum *fugissent* miluum. — ib. *territae* ~ *Φ* I 15. 5 clamore subito *territus*. — 8 inquit *unus* = quidam ~ *Φ* II 8. 17 respondit *unus* = quidam. unus de grege inducitur qui moneat ceteros aut loquatur pro ceteris. quod item fit in fabulis *Φ* I 3, 6, 30, 31. — 9 quos *tetigit* timor ~ *Φ* I 24. 3 ranā *tacta* invidiā. — 10 *sequamur* (i. e. amplectamur) vitam ~ *Φ* V 1. 7 resides et *sequentes* otium. — 11 *Aeque feramus* (malum) ~ *Φ* app. 18. 12 *aequo animo ferrem* (malum). — ib. si quid (nobis) *acciderit* mali ~ *Φ* III pr. 24 quid crēdis illi *accidere* ..?, IV 18. 18 timentes rursus aliquid ne simile (sibi) *accidat*. — 12 *si* nunc est, *si* = etiamsi, ut *Φ* I 29. 7 similem *si* negas = .. etiamsi negas. — ib. *male erit* (sic scripsi : *malum erit* r) ~ *Φ* app. 21. 11 At *male* tibī *sit* (sic Iannelli : *At tibi male sit* NV : *At tibi malum sit* A. Spengel); cf. Catullus 3. 13 *At vobis male sit* malae tenebrae.

XXIII. HAEDVS ET LVPVS. *Metrum restitutum.*

Praecepta audire [*sedulo*] parentium
[Salus] natorum [*et*] semper laus [est *maxima*].
Capella exire feta pastum *dum parat,*
Ignarum monuit haedum et mandavit [*diu*]
Ne claus*tra* aperiret ali*is*, quod multae ferae

Ad stabula pecorum [veni*ant*]. haedum ita commonet.
Silvam petivit. paulo post vēnit lupus.
Adsimulans vocem matris, »aperi» inquit, »precor
[*Te mater*], aperi plenis uberibus tuis».
Auscultans *h*aed*u*s, [*dum*] per rimas [aspici*t*],
»Vocem» *inquit* »matris audio, *video lupum.*
[Tu *vero*], iniquĕ, [fallax atque inimicus es],
[Sub voce matris] nostrum captas sanguinem.
Me mo*nuit* qu*ae* te novit et propter tuum
Metum [*vix ausast solum me*] relinquere».

metri causa. cf. Livius II 38. 1 »*sedulo audientes* secunda irae verba». — **2.** *anatorum* w[1] scd Heinemann, *autorum* scd Thiele. — **1.** *parentium* w scd Heinemann, *parentum* scd Thiele. — **2.** *Salus .. et .. laus* scrip-

si : *salus* FM : *laus* wBVS. — *est* add. r : om. w. — **3.** *pastum* Luc. Mueller : *ad pastum* w. — **5—6** *claustra* conieci : *quod clausum super eum fecerat* w : *ostium* F. Burman, Mueller : om. VBMSa. — *quod multae ferae ad st. p. veniant* scripsi : *quod nullae forte ad st. p.* w¹ : *quod multas feras venire sciret ad st. p.* w² : *quod multae ferae st. p. circuirent* BMSF : *quod multae ferae lustrarent st. p.* VE. — **8.** *matris* r : *matri* w. — **10.** *auscultans haedus dum per rimas aspicit* scripsi : *ad aedis* (w¹ : *at hedus* w²) *per rimas auscultans* w : *et haedus per rimas aspiciens* r. — **12.** supplevi ex r, addito ex w *inique* (ubi *iniqua* sed Heinemann, *iniqui* sed Thiele). — **13.** *sub voce matris* addidi ex r (*sub matris voce*). —

Senarii integri duo servati sunt : in w v. 7 *Silvam petivit. paulo post venit lupus,* in r v. 13 *Sub matris voce nostrum quaeris sanguinem,* cui parem ex r et w confeci *Sub voce matris nostrum captas sanguinem.* paene integri sunt : 4 *Ignarum monuit haedum et mandavit* ∪ –, 12 ∪ – *inique, fallax atque inimicus es* . haec igitur certa sunt in codicibus pristinae versificationis vestigia.

Pristinae dictionis haec notabiliora commemoro. 1. *praecepta* audire ~ Φ III 8. 1 *praecepto* monitus saepe te considera. — *audire* = auscultare ~ Φ app. 18. 16 *audi* = ausculta. — 2 *laus* = ali-

φ XXIV. w III 2. LEO MEDICVS.

[Qui artem ignorant illi se produnt·]
hoc autem nobis probat brevis Aesopi fabula.
aequum pascentem vidit leo fortissimus in parato.
hunc vẹrọ ut vidi caput subdoli adpropinqua||
et familiaris ad eum cum honore accessit aequum cọnprehendit dolum
sed non repudiavit. officium tamen
mentem ad locum quaesivit contra ingenium.
fincxit stirp[e se] calcasse pede et levato pede
ait. frater inquid succurre gratulor quod venisti.
libera me quia stirpe calcavi.
leo patiens accessit quasi fraudem desimulans.
cui velociter aequus calces turbulentus dedit·
cadet corpus hostile || iacuit in terra diutius
at ubi memor sui est factus
nusquam conspexit aequum intellexit caput et faciem et se ipsum valde lesum et sic dixisse fertur
digne haec passus sum qui semper lanius fui et hosti[s] omni carni volui esse familiaris et melius illi accidere.

quid laudabile ~ Φ II 9. 11 *laudis* conscientia, IV 12. 2. — 3 *exire pastum* ~ Φ II 4. 14 simul *exieris pastum* cum tenero grege. — 4 *monuit* ~ Φ. — *mandavit* ne .. ~ Φ IV 25. 25 *mandant* ut .. — 5 *aliis* oppositum *sibi* ~ Φ I 9. 1, II 5. 4, IV 27 (IV pr). 2. — *ferae* ~ Φ. — 2 *natorum* = filiorum ~ Φ I 24. 4, 28. 12 locisque ceteris. — 7 *silvam petivit* ~ Φ II 1. 10 *silvas petivit*. — *paulo post* ~ Φ app. 15. 11 *post paulo* armillam tollit fur argenteam. — 9 *uberibus* tuis ~ Φ III 15. 7 quae me nutrit admoto *ubere*. — 10 *aspicit* ~ Φ III 7. 15, 10. 29, IV 20. 5. — 11 *vocem inquit matris audio, video lupum*. hae omnes voces sunt etiam in Φ; de chiasmo v. adnotata ad φ XIX 9. — 12 *iniqui* = inimice ~ Φ app. 29. 2 O Sortem *iniquam* = inimicam. — *fallax* ~ Φ app. 4. 5 *fallaci* Dolo. — 13 *captas* sanguinem ~ Φ I 29. 1 *captat* risum. — *nostrum* (sanguinem) = meum (sanguinem) ~ Φ I 8. 11 ore *nostro* = ore meo, 9. 9 *nostra* mala = mea mala, IV 21. 8 *nostra* manus = mea manus, 24. 4 *nostris* laudibus = meis laudibus. — 14 sq. *propter* tuum metum ~ Φ app. 18. 14 has *propter* causas. —

Lupi dolum spernit ovis fabulae graecae 284 H (106 C); lupum increpat agnus stabulo munitus ac tutus in Babrii fab. 96. quod utrumque simul fit in hac fab. φ XXIII.

XXIV. LEO MEDICVS. *Metrum restitutum.*

[Artem ignorant*es* qui *profitentur* prod*ere*]
Hoc [*semet ipsos*], fabula Aesopi probat.
Equum pascentem vidit in prato leo.
Hunc vero ut vidit adpropinqua*t* subdol*e*.
Honore cum [*salutis*] familiari*ter*
Ad *ill*um accessit. *sonipes* praesensit dolum,
Non repudiavit [*eius*] officium tamen.
Mentem ad locum quaesivit contra *callidum*.
Stirpe*m* calcasse finxit [se] pede. *quem* leva*ns*
»Succurre, frater. quod venisti gratulor.
Stirpem calcavi; libera [*sodes*]», ait.
Accessit *placidus*, fraudem dissimulans, leo.
Cui dedit equus veloci calces turb*ine*.
Hostile *cecidit* corpus et iacuit diu.
At memor est factus ubĭ [*leō tandem*] sui,
Equum conspexit nusquam. faciem*que* et caput
Laesum se *sensit*. sic dixisse *illum* fer*unt*:
»Haec digne passus sum. qui carni omni fui
Hostis laniusque semper, familiari*ter*
*U*t medicus [*hodie*] volui *ad* illu*m* accedere».

21 [Ideo quisquis haec audis
quod es esto et mentiri noli.]

Adnotatio. Correxi et supplevi partim adhibito r (= w² B), quae litteris rectis; partim proprio Marte, quae *inclinatis* litteris scripsi. —. — **V. 1.** w² in rasura. — **3.** *parato* w¹ : *prato* w². — **4** *caput subdoli* w¹ : *coepit subdolus* w². — **6.** *praesensit* scripsi : *praesentit* w² : *comprehendit* w¹. — **5.** *honore cum* [*salutis*] (i. e. salutantis). ordo verborum ut Ovidius M XIV 802 *sanguine cum soceri.* — *sonipes* scripsi metri causa = equus, ut *Φ* IV 4. 3 *sonipes* iratus fero. — **8.** *callidum* conieci : *ingenium* w. — (*hostem*) *callidum*, ut *Φ* IV 2. 18 insidias cernens *hostis callidi.* — **9.** *se* add. w² : om. w¹. — **11.** *libera sodes* scripsi : *libera* w. *sodes* addidi ut explerem senarium. cf. *Φ* app. 9. 5 *dic sodes* quanto possis satiari cibo. — **12.** *placidus* conieci, collato *Φ* II 1. 7 cui *placidus* ille (leo) »non est quod timeas» ait : *patiens* w, quod more serae latinitatis dicebatur eadem significatione qua *placidus.* — *dissimulans* w² : *desimulans* w¹. — **13.** *veloci turbine* scripsi : *velociter .. turbulentus* w¹ (*turbulentos* w²). *veloci* turbine ~ *Φ* I 16. 6 *veloci* impetu, III 2. 10 *veloci* saltu. — *turbine* si Phaedrus hoc loco scripsit, turbinem dixit calcium motum vehementem; ut apud Vergilium *turbo* est non solum venti sed etiam fulminis hastae sagittae, denique rei motae magna vi magnaque celeritate. Verg. A. VI 592 sqq. telum contorsit ... praecipitemque .. *turbine* adegit, XI 284 quo *turbine* torqueat hastam, XII 320 sagitta incertum quo *turbine* adacta, XII 531 praecipitem ingentis *turbine* saxi excutit, — **16** sq. *faciemque et caput laesum se sensit* scripsi : *intellexit caput et faciem et se ipsum valde lesum* (*laesum*) wr. scilicet diasceuastes ille non perspiciebat vim rationemque accusativorum *faciemque et caput.* — **17.** *dixisse illum ferunt.* scripsi metri causa, ut rite exiret senarius : *dixisse fertur* w : *et ait* r. — **19.** *hostis* w² : *hosti* w¹. — **20.** *ut medicus .. ad illum accedere* scripsi : *et melius illi accidere* w¹ : *et medicus illi accedere* w² : *ut .. medicus . accessi* F. — **21 sq.** epimythium addidi ex B.

Metrum pristinum in w non totum ita solutum est ut non maneant certa pristinae versificationis vestigia. itaque sunt in w hae laciniae metri iambici: 3 *Equum pascentem* ⏑ – ⏑ – ⏑ –, 4 *Hunc vero ut vidit* ⏑ – ⏑ – ⏑ –, 7 *Non repudiavit* ⏑ *officium tamen*, 8 *Mentem ad locum quaesivit contra* ⏑ –, 12 *Stirpem calcavi, libera* – ⏑ –. ceteraque, quod ex recensione mea cum fabula prosaria comparata videmus, facile revocantur, simul atque oratio ad ordinem pristinae versificationis adducta est et remotae sunt sordes interpolationis, quae nullo negotio dignoscuntur a veris.

Quibus detersis sordibus magis apparet multa sermonis Phaedriani esse servata. ut 1 *prodere* i. e. detegere vel palam facere (aliquid turpe), quod item *Φ* IV 18. 17 Rumor legatos superiores *prodidit.* — 2 *probat* = arguit, indicat ~ *Φ* V 5. 37 turpemque aperto pignore errorem *probans*, I 13. 13 *probatur* hac re. — ib. probat *Aesopi fabula* ~ *Φ* I 10. 3 Hoc adtestatur brevis *Aesopi fabula.* quo utroque loco versus exitus conficitur verbis *Aesopi fabula.* — 3 *pascentem* participium

21 [Haec ideo quisquis audis [*narrari tibi*],
Noli mentiri. [*monitus his,*] esto quod es.]

est verbi deponentis *pascor pastus sum pasci*, de quo Servius ad Aen. I 194, II 471. quod extat etiam in *Φ* IV 24. 15 *pasci* stercore; cuius supinum *pastum* est *Φ* II 4. 14, *φ* XXIII 3, activum autem *pascebat Φ* I 15. 4. — equum pascentem in *prato* ~ *Φ* I 15. 4 asellum *in prato* pascebat senex. — 6 *ad* illum *accessit* ~ *Φ* II 8. 22 *accedit ad* praesepe, III 20. 26 *ad* lectum *accedit*. — 4 *subdole* ~ *Φ* II 13. 1 *subdolis* verbis, app. 6. 12 bonis favete, *subdolis* ite obviam. — 19 ut *medicus* volui accedere et 10 sq. equus leonem rogat sibi *medicinam* facere stirpem calcatam extrahendo. similiter in fabula *φ* IX 10 pastor leoni *medicatus* esse spinam extrahens dicitur, et *Φ* I 8. 9 dicitur ciconia lupo *medicinam* fecisse faucibus os devoratum extrahens. — 7 non *repudiavit* eius *officium* ~ *Φ* I 29. 5 ille indignans *repudiat officium*, app. 17. 5 Suspectum *officium repudiavit* malefici. — ib. *tamen* ad finem versus et sententiae relegatum est, ut *Φ* III 7. 17 .. dic sodes *tamen*, app. 23. 3 Quamvis indigne laesa reticebo *tamen*, app. 27. 5 .. ego te plurimi facio *tamen*. cf. app. 2. 8 Et adesset hominibus *tamen* sollertia. — 8 *mentem ad locum* i. e. consilium accommodatum ad eum locum in quo res tunc erat. cf. Ovidius Amorum I 4. 54 »*Consilium* nobis *resque locusque* dabunt«. hanc eandem locutionem propagarunt mutuati paraphrastae r II 4 *mentem ad locum* habere, w IV 4 *mente ad locum* esse. — 9. stirpem *calcasse*, 11 stirpem *calcavi* ~ *φ* IX 1 spinam *calcavit*. — 9 *finxit* i. e. simulavit vel mentitus est ~ *Φ* I 1. 15 *fictis* = falsis. — pedem *levans* = tollens ~ IV 4. 4 *levans* (hominem) = tollens. — 10 *Succurre* ~ *Φ* I 2. 28 adflictis ut *succurrat*. — ib. *frater* = sodalis, amice ~ *Φ* I 29. 4 sq. Asellus apro .. »salve« inquit »*frater*«. — ib. *gratulor* = laetor ~ *Φ* III epil 27 Et *gratulari* me fac (*fac* Pithoeus: *tatere* P. ut *gratuler* me stare Johnson). cf. Ovidius A. A. III 121 Prisca iuvent alios, ego me nunc denique natum *gratulor*. haec aetas moribus apta meis«. — 11 *libera* (stirpe) ~ *Φ* III 2. 10 *liberat* se foveā. — 12 *Accessit* (leo) .. ~ *Φ* app. 12. 2 *Accessit* (asinus) .. . — *dissimulans* ~ *Φ* IV 21. 2 licet *dissimulet*. — 13 (leoni) dedit equus .. *calces* ~ *Φ* I 21. 9 (leonem) *calcibus* asinus extudit. — ib. *veloci* turbine ~ *Φ* I 16. 6 *veloci* impetu, III 2. 10 *veloci* saltu. — 14 *Hostile* cecidit *corpus* (leo) ~ *Φ* I 21. 7 taurus mox confodit cornibus *hostile corpus* (leonem). — ib. *iacuit* (*leo*) ~ I 21. 4 *leo* cum *iaceret* spiritum extremum trahens. — 16 *faciem* ~ *Φ* III 8. 16 *faciem*. — 17 *laesum* = saucium ~ *Φ* app. 22. 3 *laesa* = saucia. — 16 *conspexit* equum ~ *Φ* I 17. 8 *conspexit* lupum, I 24. 2 *conspexit* bovem. — 17 *sic dixisse* illum *ferunt* (*sic dixisse fertur* w): »Haec digne passus sum ~ *Φ* I 27. 9 *fertur locutus*: »O canis merito iaces«. quo utroque loco aliquis inducitur summam ac vim fabulae nuntians, verbumque dicendi ponitur cum oratione directa. — 18 *carni* ~ *Φ* I 25. 8 *carnis* cupidum meae. — 18–19 carni omni .. *hostis*, praedae suae *hostis* fera carnivora dicitur item *Φ* I 28. 10 (aquila), III 2. 19 (panthera), IV 2. 18 (mustela). — 21 *ideo* ~ IV 24 (25). 17. — 21 *quisquis* audis ~ app. 21 (22). 6 ut, *quisquis* esset, par officium reciperet

— 22 *Noli* mentiri ~ Φ III 18 14 *Noli* adiectare .. , IV 7. 23 *Noli* molestus esse .. ubi Phaedrus imperativo *Noli* cum sequenti infinitivo utitur in admonitione ea qua carmen concluditur.

Haec igitur vestigia certa collegimus, quae sequentes indagavi-

φ XXV. w V 2. LEO TYRANNVS.

Et loqui poena est et tacere tormentum.
Cum se ferarum rege fecisset fortissimus leo
et aequatis fama consequi more regum vellet.
renuntiavit prioribus actis mutans consuetudinem
ullo pecus ledere contentus sine sanguine cibum
sancta et incorrupta iuravit servare fidem.
posteaquam habere coepit de hanc re penitentiam
mutare non potuit natura.
et coepit ducere in secreto singulos
ad fallatia. et os sibi putire narrabat.
verum mendacium dicente
laniebatur ut saturaretur
haec cum multis fecisset potea simium interrogat
si foetitum haberet os ille vero cinnamum
olere dixit et quasi deorum altaria
tunc erit laudatorem ut lederet
aves fraude esse finxit || languidum.
continuo querunt medici potius clini uberi passim ullique genus

tantis autem venius erat pulsus inenarrabilis suadetur sumere

cibum aliquem in quietem et qui ei levaret fastidium
.... ut regibus omnia licet.
ignota est mihi inquid simii caro
hanc vellem ignoro quid sit hanc sapor».
ut est locutus statim rapuit bene loquens
simius offeretur ut regi erat iussum et statim laniatus ab eo.

Adnotatio. Primum versum, qui verum promythium continet, sequuntur in w alterius promythii reliquiae. quod promythium fuit non huius sed de tyranno simio fabulae, quae est XVII huius libri. quam fabulam, ut in Phaedri non soluti codice P, ita in w huic de leone ty-

mus fabulam hanc sumptam esse de Phaedro. at negat Thiele p. LVIII et XXVI. at id leviter, ut multa. qui quaestionibus accuratis sententiam suam confirmare non curat.

XXV. LEO TYRANNVS. *Metrum restitutum.*

Tacere [*ubi*] tormentum, [*par*] poenast loqui.
Cum se ferarum regem fecisset leo
Et aequitatis vellet famam consequi,
A pristina deflexit consuetudine.
Atque inter illas, tenui contentus cibo,
Sancta incorrupta iura reddebat fide.
Postquam la*b*are coepit paenitentia,
Mutare [*quia*] non potuit natura*m* [*suam*],
*Se*ducere in secretum coepit singul*a*s
Rogare et fallax os an puteret sibi.
Seu verum *seu quis* dixerat mendacium,
[*Ibi*] lani*a*batur ut saturaretur [*leo*].
Haec cum fecisset multis, rogat et simium
Os an foeteret. ille vero cinnamum
Olere dixit, quasi deorum altaria.
[Leo] tunc er[ubu]it laudatorem laedere.
Fraude [*igitur*] *usus se*se finxit languidum.
Continuo quaerunt medici *quod morbi* genus
*Sit illud expe*llique *quo* possi*t modo.*
Tent*a*tis venis erat inenarrabilis
Pulsus [*leoni . cui*] suadetur sumere
Cibum in quietem, qui levet fastidium.
[*Quem vellet caperet.*] regibus *nil non* licet.
[Leo *tunc*]: »ignota est mihi caro» inquit »simii.
Velim hanc, [*quod*] qui sit hu*ius* ignoro sapor».
Ut est locutus, bene loquens rapit*ur* statim
Regi*que* offertur et laniat*ur* simius.

ranno fabulae fuisse finitimam, qua nescio quo pacto omissa, confusa esse promythia, ex eo colligimus quod, cum folio 78 b inter capitula fabularum libri quinti in w enumerata sint »II de taciturnitate hominibus (sic!), III de rege ferarum», tamen folio 79 eiusdem codicis hi

duo tituli unius sint fabulae. **V. 1.** *Tacere ubi tormentum, par poenast loqui* scripsi: *Et loqui poena est et tacere tormentum* w, sententia falsa et absurda; neque enim universe et generaliter ita licet dicere salva veritate. — **2—7.** ex *Φ* IV 13b 4—9 senarios petivimus veros. quo subsidio versus ceteros restituendi nos privavit fortuna iniqua. qui non extant in *Φ*, folio — quod Havet suspicatur — fortasse deperdito. — **9.** *Seducere in secretum* conieci: *ducere in secreto* w. cf. *Φ* III 10 11 *Seductus in secretum.* — **10.** *Rogare et fallax os an puteret sibi* conieci: *et fallacia quaerere si ei os puteret* r: *et os sibi putire narrabat* w: *Osque an sibi puteret fallax quaerere* Postgate. — **11.** *Seu verum seu quis dixerat mendacium* scripsi: *verum mendacium dicente* w. — **16.** *erubuit* r: *erit* w. — **17.** *sese* iam Postgate: *esse* w: *se* FMBS. — **19.** post verba *continuo quaerunt medici* quae sunt in w, ea tam corrupta sunt ut nesciam quid illis faciam. sed quo dicto ad ordinem narrationis opus esse hoc loco videretur significare saltem studui incerta coniectura. — **20.** *tentatis venis* scripsi (cf. Ovidius M. X 289 »Corpus erat: saliunt *tentatae* pollice *venae*«): *tantis venius* w: *tactis venis* Postgate. — cf. Vict. Vit. I 26 »Non parvus inter eos fuit numerus aegrotorum. quos ille beatus antistes, ut nutrix pia, cum medicis circuibat sequentibus cibis, ut, inspecta vena, quid cui opus esset illo poscente daretur. — **25.** *velim* scripsi: *vellem* w i. e. *vellim* = *velim*, ut apud Gregorium Tur. *vellem vellim velim* promiscua sunt neque quidquam differunt nisi scriptione. — **26.** *rapitur* iam Postgate: *rapuit* w. — **27.** *offertur* scripsi: *offeretur* w i. e. *offerētur* = *offeritur* = *offertur*, ut apud Greg. Turonensem haec sunt promiscua.

In hac de leone tyranno fabula w V 2 et III 20, cum ceteroquin — praeter leviores quasdam discrepantias — universa narratione consentiant, tamen hoc ab initio discrepant, quod w, cum Phaedro congruens, leonem ipsum regno potitum esse, r narrat a feris regem creatum. versu enim 2 sq. *Cum se ferarum regem fecisset fortissimus leo et aequ(it)atis fama(m) consequi more regum vellet* w: *Cum sibi ferae regem fecissent fortissimum leonem voluit mores regum bona fama consequi* r.[1]) cui orationi quod et in w et in r insertum est illud *fortissimus*, quod non est in *Φ*, ex eo apparet hunc consensum collectionum w et r a communi fonte esse repetendum, a quo fonte communi hanc fabulam in collectiones w et r manasse. atqui attributum hoc *fortissimus* leoni datum magis cum tali sententia qualis est in w et *Φ* quam cum r convenit. congruenter enim huic attributo leo dicitur, ut *fortissimus*, id est *validissimus*, vi et praevalentia rerum potitus esse. quo confirmatur testis w cum Phaedro consentiens. quod autem narrat Romulus leonem esse regem creatum a feris, sic Romulum verba mutasse ex eo colligo quod idem Romulus pergit inepte et insulse scribere: *voluit leo mores regum bona fama consequi.* ap-

[1]) Errat igitur Thiele quod p. 237 sq. sic de hac fabula scribit: »Gleich von vornherein weicht das Korpus« (id est w + r) »von Phädrus darin ab, dass er (sic!) die Thiere den König wählen lässt, während bei Phädrus sich der Löwe einfach zum Tyrannen aufwirft«. immo hoc ipsum w cum Phaedro congruit, r autem a Phaedro et w discrepat.

parent gradus interpolationis. in *Φ* est *Cum se ferarum regem fecisset leo Et aequitatis vellet famam consequi,* inde in *φ*, ut est in w, *Cum se ferarum regem fecisset* [*fortissimus*] *leo et aequitatis famam consequi* [*more regum*] *vellet.* hinc profectus r postremo sic scripsit *Cum sibi ferae regem fecissent fortissimum leonem, voluit ille mores regum bona fama consequi.* Romulus igitur verba Phaedri primaria ignorans et secundaria interpolatoris verba interpolans, ad haec deliramenta progressus est ut diceret mores regum cum bona fama semper esse coniunctos, et mores ex bona fama profluere, cum bona fama proveniat a moribus.

Versuum quidem 2—7 Phaedri non soluti verba cum fabula prosaria licet comparare. ex quo videmus quomodo narratio *Φ* in *φ* mutata sit. ac primum videmus paraphrasin, id est eiusdem rei verba variata. ut v. 5 *pro tenui cibo* paraphrastes scripsit *sine sanguine cibum,* item v. 4 fortasse causa mutandi fuit studium varietatis. nec vero penitus cuncta mutavit. itaque v. 4 *prioribus .. consuetudinem* similia sunt illis *pristina consuetudine* et v. 5 *contentus cibo* paraphrasis retinuit, nihil enim nisi scriptione *cibum* w a *cibo Φ* differt. — versus autem 6 et 7 propterea videntur esse mutati quod verba Phaedri non satis intellecta sunt. addita sunt haec ab interpolatore : v. 2 *fortissimus*, v. 3 *more regum, ullo* (w : *nullum* legendum) *pecus laedere.*

Pristinae versificationis etiam in hac quamvis interpolata et turbata fabula tamen insunt certa vestigia. ut laciniae senariorum : 14 *... ille vero cinnamum,* 17 *.. sese finxit languidum.* illud vero maioris est momenti quod senarii quasi sponte redeunt, sive expleta est oratio sive purgata interpolationibus. ut expleta oratione 8 *Mutare* [*quia*] *non potuit naturam* [*suam*], 12 [*Ibi*] *lamabatur ut saturaretur* [*leo*], 16 [*Leŏ*] *tunc erubuit laudatorem laedere* (*laudatorem ut laederet* w, salvo metro). — iam oratione purgata interpolationibus 2 *Cum se ferarum regem fecisset* [fortissimus] *leo* > *Cum se ferarum regem fecisset leo*, 7 *Post*[ea]*quam habere coepit* [de hanc re] *penitentiam* > *Postquam labare coepit paenitentia,* 3 *et aequ*[*it*]*atis famam consequi* [more regum] *vellet* > *Et aequitatis vellet famam consequi,* 15 *olere dixit* [et] *quasi deorum altaria* > *Olere dixit quasi deorum altaria,* 22 *cibum* [aliquem] *in quietem* [et] *qui* [ei] *lev*[ar]*et fastidium* > *Cibum in quietem, qui levet fastidium.* versus autem 9 in w *Et coepit ducere in secreto singulos* non verus est senarius Phaedrianus; aliter enim conformata sunt *Φ* III 3. 7 Hic pertine*re^ad* domini respondit caput, III 10. 11 Seductus in sec*retum^a* liberto suo, I 4. 4 Aliamque pra*edam^ab* altero ferri putans (*altero φ* : *alio* P), *φ* XXI. 2 (p. 45) Semper venire^ad mensulam consueverat.

Iam dictioni Phaedri aetatisve Phaedrianae similia in hac fabula cum multa sunt tum etiam haec. V. 1 *tormentum,* cf. *Φ* I 26. 9 *torquet* convivam fame, III 14. 7 ille se *torquet* diu, IV 20. 17 quid mente caeca miserum *torques* spiritum? — ib. *poena* = cruciatus, tormentum ~ *Φ* app. 5. 14 Tristi (sic ego : *tristis* NV) renatum suggerens *poenae* iecur, Ovidius Her. 7. 135 Cumque parente sua frater morietur Iuli, *Poena*que conexos auferet una duos, Seneca ep. 5. 5 frugalitatem exigit philosophia, non *poenam.* — 8 mutare non potuit *naturam* ~ *φ* XXVI. 1 *Naturam* turpem nulla fortuna obtegit, *Φ* app. 18. 1 Ser-

vus profugiens dominum *naturae* asperae Aesopo occurrit. — 9 *seducere in secretum* ~ Φ III 10. 1 *Seductus in secretum.* — ib. seducere in s. *coepit singulos* ~ Φ I 31 11 Qui regnum adeptus vesci *coepit singulas,* I 2. 25 corripere *coepit singulas,* I 8. 5 Magno dolore victus, *coepit singulos* Inlicere pretio. — 11 *mendacium* ~ Φ III 10. 48. — ib. *verum dixerant* ~ Φ I 10. 2 *verum dicit,* app. 15. 14 *verum dixerint,* 16 *verum dixi.* — 13 *Haec cum fecisset multis* ~ Φ IV 1. 8 *delicio suo .. quidnam fecissent.* — 16 *erubuit* laudatorem *laedere* = veritus est l. l. ~ Ovidius Trist III 1. 13 sq. quod neque sum cedro flavus nec pumice levis : *Erubui* domino cultior *esse* meo. — ib. *laedere* = malo afficere ~ Φ saepissime. — 17 fraude .. *finxit* ~ Φ I 1. 15 *fictis* = falsis. — *languidum* ~ Φ III 2. 9, app. 10. 8. — 18 *Continuo* quaerunt ~ Φ I 6.

q XXVI. w V 9. VVLPES IN HOMINEM VERSA.

Naturam turpem nulla fortuna obtegit.
humanam speciem cum se vertisset Iupiter
vulpem legitimis ut sedit. thoros.
scarabeum vidit prorepente ex angulo
notamque ad predam celerius silivit. superi gradu risere magnis. erubuit pater
vulpemque repudiatam talixmis expudit
his prosequutus vive quod digna es modo,
quia digne. nostris meritis non potest esse

Adnotatio. Haec fabula extat etiam in Romuli codice V fab. LXIV. Titulum recepi ex w, ubi sic scriptus est : *Vulpis in homine versa.* — 2. *Humanam in speciem* scripsi : *in humanam speciem* V : *Humanam speciem* w (omisso *in*). — ib. *cum vertisset Iuppiter vulpem* scripsi : *cum se vertisset iupiter vulpem* w. quod quia ferri non potest, aut *se* aut *vulpem* delendum est. nec vero dubium est quin *se* sit delendum, *vulpem* retinendum. namque non modo titulus sed etiam ipsum argumentum fabulae indicat non Iovem, sed vulpem in humanam speciem dici esse conversam. *Humanam in speciem cum vertisset Iuppiter vulpem* scripsit iam Burman. qui tamen erravit quod scripsit deinceps : (Vulpes) *regali pellex ut sedit throno,* itemque Lucianus Mueller : *legitimis paelex ut sedit toris;* quasi apud Graecos aut Romanos fuerint paelicum iusta conubia, aut quasi nova nupta dici solita sit paelex. aliam vero viam huius fabulae recensendae atque interpretandae ingressus est Thiele Herm. 43. 345 sq., lat. Aesop CCXX et 303. is opinatur, quae v. 2 sq. sint in w, ea a Phaedro sic esse scripta : *Humanam in speciem dum se vertit Iuppiter, vulpem legitimis ... adsumit toris.* quod errat. nam primum tali interpretationi obstat, ut diximus, ipsa fabula antiqua. iam vero nihil est quod credamus Phaedrum tam delirasse ut narraret Iovem in humanam speciem ideo se

2 *continuo* narrare incipit, app. 8. 9 ille *continuo* exscreat. — 20 *tentatis* venis ~ Φ III 10. 26 *tentat* caput, app. 12. 2 (asinus) *tentavit* chordas ungula. — ib. tentatis *venis* ~ Φ IV 15. 9 *venas* irrigatus nectare. — 21 *suadetur sumere* (suadendi verbum c. infinitivo) ~ Φ I 15. 6 *suadebat* asino *fugere*. — 21 sq. *sumere* cibum ~ Φ IV 3. 4 nolo acerbam (uvam) *sumere*. — 24, 25 *ignota* et *ignoro* ~ Φ saepe. — 22 *fastidium* ~ Φ III 16. 13 sq potare est animus nectar .. si non *fastidis*, veni. — 25 *velim* = volo ~ Φ II pr. 11, III pr 48. — ib. huius *sapor* ~ Φ III 13. 10 *sapore* mellis. — 26 *bene loquens* = pulcre loquens ~ Φ app. 30. 10 tu quidem *bene praedicas* = pulcre pr. — ib. *rapitur* .. simius ~ Φ app. 8. 7 miles *rapitur* in praetorium. — *statim* ~ Φ saepe. — 27 regique *offertur* ~ Φ II pr. 15 modestis etiam *offerre* quod non petierint.

XXVI. VVLPES IN HOMINEM VERSA. *Metr. restit.*

Naturam turpem nulla fortuna obtegit.
Humanam [in] speciem cum vertisset Iuppiter
Vulpem [*precantem*], ut sedit legitimis tor*i*s,
Scarab*a*eum vidit prorepente*m* ex angulo,
Notamque ad pr*a*edam celeri *pro*siluit gradu.
Superi risere, magn*u*s erubuit pater,
Vulpemque repudiatam thalamis expu*l*it,
His prosecutus: »Vive quo digna es modo,
Quia digna nostris esse meritis non potes«.

vertisse ut vulpem uxorem duceret. nam, quod ex cognatis fabulis Graecorum videmus, hac fabula narrari solebat, mustelam aut vulpem in humanam speciem esse versam divini numinis benignitate. ita mustela Babrii fabula 32 et fab. 88 Halm (169 et p. 356 C). quarum fabularum est simillimum huic argumentum, quamquam personae diversae. quas enim in Phaedriana hac fabula partes Iuppiter, eas in fabulis illis graecis Venus; quas hic vulpes, eas illic mustela (γαλῆ); quas hic scarabaeus, illic mus agit. est autem alia quaedam fabula graeca 149 Halm (186 C), qua narratur Iuppiter vulpi regnum bestiarum detulisse. ut autem experiretur retineretne vulpes veteres mores in nova dignitate, Iovem ante oculos vulpi misisse scarabaeum. quem ut corriperet vulpem cupide prosiluisse. quod aegre ferente Iove, vulpem regno esse spoliatam et redactam ad pristinam condicionem. Phaedrus igitur fabulas duas graecas contaminans, et tali argumento quale est fabulae 88 Halm et Babrianae 32 usus, personas illas Iovis et vulpis et scarabaei ex fabula 149 H. sumpsit, ut pro Venere Iovem, pro mustela vulpem, pro mure scarabaeum induceret. quippe illud argumentum, ut notum et tritum, varie tractabatur. quod quidem tritum fuisse etiam vulgi sermonibus, proverbia Γαλῆ χιτώνιον et Οὐ πρέπει γαλῆ κρωκοτόν Bodl. 277 et Zenob. II 93 Gaisf. indicant. postremo, quia ad hanc fa-

bulam latinam recensendam et interpretandam magni interest eam contulisse, fab. 88 H (169 C) hic affero. *Γαλῆ ἐρασθεῖσα νεανίσκου εὐπροεποῦς, ηὔξατο τῇ Ἀφροδίτῃ ὅπως αὐτὴν μεταμορφώσῃ εἰς γυναῖκα. καὶ ἡ θεὸς, ἐλεήσασα αὐτῆς τὸ πάθος, μετετύπωσεν αὐτὴν εἰς κόρην εὐειδῆ· καὶ οὕτως ὁ νεανίσκος θεασάμενος αὐτὴν καὶ ἐρασθείς, οἴκαδε ὡς ἑαυτὸν ἀπήγαγε. καθημένων δὲ αὐτῶν ἐν τῷ θαλάμῳ, ἡ Ἀφροδίτη γνῶναι βουλομένη, εἰ μεταβαλοῦσα τὸ σῶμα ἡ γαλῆ καὶ τὸν τρόπον κατήλλαξε, μῦν εἰς τὸ μέσον καθῆκεν· ἡ δὲ ἐπιλαθομένη τῶν παρόντων, ἐξαναστᾶσα ἀπὸ τῆς κοίτης, τὸν μῦν ἐδίωκε, καταφαγεῖν θέλουσα. καὶ ἡ θεὸς ἀγανακτήσασα κατ' αὐτῆς, πάλιν αὐτὴν εἰς τὴν ἀρχαίαν φύσιν ἀποκατέστησεν.*

Sed redeamus ad codicis w fabulam latinam, cuius **v. 4** *thoro* se-

φ XXVII. r I 19 ex cod. E (et V). MILVVS AEGER.

Nemo immundus debet tangere munda sacra.
[frustra veniam delictorum rogat qui in malitia perdurat].
Milvus iacebat pressus pondere gravis morbi
qui rogavit murem cum gemitu cordis
ut illa daret superis vota pro ipso.
illa inquit o mi nate tu saepe lesisti numina. quapropter poena fuit tibi saepe
metuenda. [quando omnia delubra vastasti]
[et cuncta altaria polluisti]
[nec sacrificiis pepercisti]
illi tunc sumet medicamenta de tuo crimine?
praesens dolor cogit te esse fidelem
sed ista pietas tarda venit cum morte.

Adnotatio. Huius fabulae — quae non extat nisi in r — sunt in r duae recensiones, quae utraque recensio graviter est interpolata; nec id tamen magis quam ut per obductas interpolationes possit cultus pristinus saepius dispici. quarum recensionum altera servata est codice E, altera cum pluribus codicibus Romuli tum ipso codice V, ceteroquin codicis E gemello. recensio codicis E quamquam et ipsa hanc fabulam exhibet passam graviter rudi diasceuastae manu, tamen huius quidem fabulae verba dat paullo propiora pristinis, sed decurtata nimisque contracta. itaque in E deest et v. 2, quae est promythii pars posterior, et vv. 8—10, qui descriptionem impietatis scelerisque milvini, ad vim fabulae illustrandam necessariam, continent. sed casu felici haec, quae in E desunt, altera recensione servata sunt, nec ea magis corrupta quam ut vel numeros pristinos vel pristina Phaedri verba in hac quidem parte fabulae liceat agnoscere. quae cum ita sint, nobis quidem, dum vindicias agimus Phaedrianas, haec una datur via huius fabulae recensendae, ut codice E utamur in ceteris, illa

cundun Thiele: *thoros* scd Heinemann apud Hervieux. — **5 sq.** *celeri prosiluit gradu. Superi risere, magnus* Burman: *celerius prosilivit. Superi gradu risere magnis* w. — **7.** *thalamis expulit* V: *talixnus expudit* w. — **8.** *quo* V: *quod* w. — 9 *digna - - potes* V: *digne - - potest* w.

V. 2 sq. fortasse a Phaedro narratio scripta erat plenius, velut ad hoc exemplum: *Humanam in speciem cum vertisset Iuppiter Vulpem [et desiderato iunxisset viro, Haec cum viro] legitimis ut sedit toris.* cf. fabulam graecam supra adscriptam et illam recensionem quam ante viginti tres annos temptavi Comm. I. p. 6.

XXVII. MILVVS AEGER. *Metrum restitutum.*

Non fas est sacra *pura* im*purum* tangere.
[Frustra rogat perdurans veniam malitia.]
Morb*o* iacebat mīluus pressus gravi.
Matrem rogavit cordis cum gemitu [suam]
Ut vot*is* super*os ambiat* pro *filio.*
[*At*] illa: »o nate mi, [*deorum*] numina
Laesisti saepe. *iam diu* poenast tibi
Metuenda. [qu*i* vastasti delubra omnia]
[Et cuncta *scelere* polluisti altaria]
[Sacrificiis *ipsis* nec pepercisti *impius*,]
Illi*nc n*unc sume*s* medicamenta *a* crimine?
[*Nunc*] cogit esse te *pium* praesens dolor;
Sed ista pietas tarda mori*bundi* venit».

autem, quae in codice E desint, ex gemello codice V adiciamus. quae, ut adiecta, signo adiectionis denotavimus. (diversa ratione usus est Thiele p. CCXXI et 75). — **V. 1.** promythii pars prior in E relegata est ad epimythii locum. — **2.** promythii partem posteriorem adscivimus ex codice V. — **3.** *Mīluus* trisyllabum, ut *Φ* I 31. 3, 10; *φ* I 10, omnesque poetae ante Iuvenalem. — **8.** *qui* Burman: *quando* V. — **11.** *illinc nunc sumes* conieci: *illi tunc sumet* E. — *a crimine* i. e. a tuis malefactis vel delictis; cf. *Φ* II 9. 19 Fortunam *criminis* pudeat i. e. delictorum suorum. — **4.** *matrem* V: *murem* E. — **3.** *pressus morbo* i. e. premente morbo. nam *pressus* h. l. dicitur ad statum significandum, actionis praecedentis vi paene sublata, ut *porrectus Φ* app. 5. 13 Novem *porrectus* Tityos est per iugera. *pressus* hoc modo item ap. Propertium II 15. 12 *pressi* membra mero; itemque Ovidius M. XIV 6 navifragumque fretum, gemino quod litore *pressum,* Ausoniae Siculaeque tenet confinia terrae, I 207 Substitit ut clamor *pressus* gravitate regentis, XV 21 Hunc super incumbens *pressum* gravitate soporis cla-

viger alloquitur, IX 78 Angebar, ceu guttura forcipe *pressus* = ceu g. forcipe premente, XI 557 cum qua (rate) pars magna virorum, gurgite *pressa* gravi neque in aëra reddita, fato functa suo est.

Grandiloqua quaedam gravitas talem hanc fabulam reddit quales nonnullae apud Phaedrum, extra Phaedrum vix ullae reperiuntur, si modo a medii aevi obscura diligentia discesseris. quae tamen Phaedrus breviter; brevem enim universam fabulam esse oportere auctor est Phaedrus *Φ* II prol. 12 et IV epil. [IV 26]. 7. qua cum conten-

q XXVIII. r I 20. AVES ET HIRVNDO.

Qui non audit bonum consilium. in se inveniet malum. ut haec approbat fabula.

Spargi et arari lini semen aves omnes cum viderent · pro nihilo hoc habuerunt
Hirundo autem hoc intellexit
et convocatis avibus. retulit
omnibus esse malum ·
Omnes dissimulantes · riserunt.
Deinde ut fructicavit · iterum hirundo ait illis ·
Malum est hoc. venite eruamus illud. Nam cum creverit ·
retia facient ex inde
humanis artibus quibus capi possimus ·
Omnes verba hirundinis deriserunt ·
eiusque respuentes consilium contempserunt.
Ut hoc vidit hirundo. ad homines se transtulit ·
ut tuta esset sub tectis eorum.
at quae respuerunt monita nolentes audire consilium
semper in retibus cadunt.

Adnotatio. Hanc fabulam sumpsimus ex codice B(urneiano). **9.** *fruticavit* (i. e. frutices egit) scribendum cum Luciano Mueller : *fructicavit* FMVEB teste Thiele (*fructificavit* B teste Hervieux). — cf. Plinius H. N. XVII 14 § 70 *semina fruticantia*. — **4.** *vīdere* = viderunt cf. *Φ* III 2. 3 *vīdere* agrestes. — 4 *habuērunt*, 8 *risērunt*, 14 *contempsērunt*, 17 *respuērunt*, at 4 *vīdēre*, 13 *derisēre*. terminationibus enim perfecti *-ērunt -ēre -ērunt* Phaedrus utitur promiscuis, scilicet pro metri ratione. de quo Havet ed. mai. § 100 p. 221 sq. — **17.** *foret* scripsi metri causa : *esset* B.

Metro soluto tamen superest in r s e n a r i u s paene integer : 10 ⏑ *eruamus illud. nam cum creverit* et aliquot laciniae senariorum : 4 ⏑ – ⏑ – ⏑ – *pro nihilo hoc habuerunt*, 6 ⏑ – ⏑ *convocatis avibus retulit*, 9 *Deinde*

tione et gravitate conspirat ipsa narratio, ut universa fabula videatur esse animi alta suspicientis, qui sordes oderit vulgi et sanctitatis sit vindex plenus ardoris. talis fabula est Φ IV 20 (21) de vulpe et dracone, scripta contra avaros; talis Φ IV 11, scripta in fures sacrilegos; talis haec fabula φ XXVII, item scripta in sacrilegos; talis denique Φ I 27 de cane qui Manes deos violarat, ipsa quoque in sacrilegos. quam quod monitum concludit plenum austeritatis, id in summam brevitatem contractum paucis verbis continetur.

XXVIII. AVES ET HIRVNDO. *Metrum restitutum.*

Bonum consilium qui non audi*er*it, malum
In se*se* inveniet; haec ut fab*e*lla approbat.
Spargi *atque* arari lini semen *ceterae*
Aves vīdere; [sed] pro nihilo hoc habuĕrunt.
Hirundo, [*quo spectaret*] hoc intelle*gens*,
[*Continuo*] convocatis avibus rettulit
Hinc nasciturum cunctis [*magnum avibus*] malum.
[*At*] omnes dissimulantes [*illam*] risĕrunt.
Deinde ut fruticavit, [*sic*] hirundo iterum *monet:*
»Malum eruamus illud. nam cum creverit,
[*Laqueos*] exinde [*et torta*] facient retia,
Quibus artibus possimus humanis capi».
[At] omnes derisere verba hirundinis
Consilium respuentes *et* contempsĕrunt.
Quod illa ut vidit, se*se* ad homines transtulit,
Eorum ut [*semper*] tuta sub tectis *foret.*
At quae respuĕrunt monita [*et*] consilium [*illĭus*],
Cadunt [*dolosa*] semper [*hominum*] in reti*a.*

ut fruticavit ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ –, 17 *At quae respuerunt monita* ⏑ – ⏑ ⏑ –. v 12 metrum redit pristinum, simul in ordinem pristinum redegeris verba: *humanis artibus quibus capi possimus* > *Quibus artibus possimus humanis capi.* iam expleta oratione v 8 *Omnes dissimulantes risserunt* > [*At*] *omnes dissimulantes* [*illam*] *risĕrunt.*

Sermonis vero Phaedriani manent plurima. ut huius fabulae promythium XXVIII. 1 sq. Bonum consilium *qui* non audierit, *malum* In sese *inveniet*, hoc promythium conformatum est similiter ac promythium Φ I 31.1 *Qui* se committit homini tutandum improbo, Auxilia dum requirit *exitium invenit.* — 6 *convocatis* avibus ~ Φ II 8. 26 *convocata* familia. — ib. *rettulit* = nuntiavit, narravit ~ Φ IV 25. 4 *rettuli* = narravi, app. 18. 17 haec experiris, ut *refers*, incommoda. — 9 *iterum* monet ~ Φ app.

21. 4 *iterum* salutat. — 10 *cruamus* ~ *Φ* IV 20. 1 *cruit.* — 8 *illam riserunt* ~ *Φ* III 14. 1 sq. quidam Atticus Aesopum ... quasi delirum *risit,* app. 3. 17 aliam *ridens* ipsa *ridenda* extitit. — 12 Quibus artibus *possimus* humanis *capi* ~ *Φ* I 15. 6 ne *possent capi,* 23. 4 obiecto temptans an cibo *posset capi.* — ib. artibus *humanis* = hominum ~ *Φ* I 27. 3 *humana* ossa, III 3. 5 *humano* capite, V 3. 9 *humanum* sanguinem. — 13 *deriserunt* ~ *Φ* I 25. 2, II 5. 17, III 6. 10, 14. 4, V 5. 26. — 13 sq. *verba* .. hirundinis .. *contempserunt* = neglexerunt, spreverunt ~ I 28. 7 *contempsit* illa (*preces*), III 16. 9 noctua ut vidit *verba contemni sua.* — 15 sese ad homines *transtulit* ~ *Φ* IV 27 (= IV prol.). 18 vestras in chartas verba *transfertis* mea. — ib. *Quod illa ut vidit* (i. e. sensit atque intellexit sua verba contemni) ~ *Φ* III 16. 8 noctua *ut vidit* (i. e. sensit atque intellexit) verba contemni sua. — 16 *sub tectis* foret ~ *Φ* III 7. 13 quanto est facilius mihi *sub tecto* vivere. — ib. *tuta* ~ *Φ* app. 28. 11 *tuti* posthac viverent. —

Hic de hirundine est *μῦθος αἰτιολογικός.* quod genus, quo origo moris explicatur, tum ad animalium, tum ad hominum vitam pertinet. ad animalium, ut hac fabula *φ* XXVIII narratur cur sub tectis hominum hirundo nidificet; fabula *φ* XII cur vespertilio interdiu lateat in tenebris (cuius rei diversa ratio redditur fabula 306 Halm = 42 et p 300 Corais); fabula 399 Halm = 389 Corais = Plato Phaedri 259 BC, qua narratur cur cicadae semper cantent; *Φ* IV 18, cur canis caninum culum olfaciat; fabula 319 Halm = 112 et p 321 Corais, cur asinus in asini urinam meiat. ad hominum autem mores pertinet *Φ* IV 4 de origine moris equum domandi, *Φ* IV 11, qua docemur cur nefas sit ad profanum usum ignem de ara sumere; Babrii 74, cur diversa sint tempora aetatis humanae; *Φ* IV 15, cur possint contra naturam libidines esse. hoc igitur genus in deliciis Phaedrus habuit. quodsi Phaedri aetate — quod quidam putant — in Italia nondum coeptum erat lini semen seri, quod de sato lini semine narratur huius initio fabulae, id esse Phaedri ipsius inventum veri simile non est. ac potius existimandum huius quoque fabulae argumentum Phaedrum aliunde sumpsisse, et in hanc quoque fabulam illud cadere quod de universo scribendi genere suo libere ipse profitetur IV 21. 7 »Sive hoc ineptum est sive laudandum est opus, invenit ille (Aesopus), nostra perfecit manus». (quod tamen non nimis ad vivum resecandum est. nam Phaedrus alibi ipse scribit testatur a semet inventa esse quaedam argumenta fabularum.) quodsi comparaveris graecas similis argumenti fabulas, videbis fabu-

φ XXIX. r IV 6. ARIETES ET LANIVS.

Parentes vel amici. qui sibi non consentiunt bene. male intereunt.

quod taliter narrat nobis subiecta fabula.

Verveces in collectu cum essent simul cum arietibus · lanium inter se intrare cognoscentes · dissimulaverunt se videre.

lam 417 Halmii et 164 Crusii cum hac latina fabula id quidem congruere quod ceterae aves narrantur poenas dedisse quod consilium hirundinis spreverint, at id discrepare ab hac latina quod in illis pro lini semine visci fit mentio. at fab. 417 Halm habet commemorationem lini seminis, illud autem discrepat quod non hirundo sed alia avis suadet ut lini semen comedant, cum hirundo suadeat ut homines hominumque arva fugiant. denique in fabula Dio Chrys. XII § 7 sq. noctua monet aves ut haec tria fugiant: viscum linum arcum hominis. postremo huic simillimam habet Dio Chrys. LXXII § 14 sq., qua inducitur monens noctua ne aves in quercu nidificent, ubi eas facile posse visco capi. quae fabulae hoc congruunt, quod aves cum malo suo consilium sprevisse narrantur, alia vero discrepant.

Ut summam igitur huius disputationis complectar: primum numeris verbisque examinandis collegimus huic fabulae esse impressa Phaedrianae versificationis elocutionisque vestigia; deinde breviter ostendimus eam eius generis esse quod Phaedrus libenter tractaverit.

At negat Thiele hanc fabulam esse Phaedrianam. is p. LXI hoc dicit: »die Schwalbe, die Vögel und der Flachs. Auch in dieser Fabel vermag ich keine festen Spuren von Phädrusversen zu entdecken«. quod mirum est eum non sensisse senariorum illa tam certa vestigia, quae modo p. 62 sq. ostendimus. nihil igitur nobis relinquitur nisi ut Thielium in iis hominibus ponamus quibus a natura non datum sit ut numeros sentiant. quae opinio nostra eo confirmatur quod, quamvis Thiele pp. CCX — CCXXI in versibus Phaedrianis edolandis multum luctetur ac sudet, tamen hac re universa titubat et claudicat. Thiele ibidem hoc addit: »Gegen Phädrus spricht der Schluss der Fabel, da die Ätiologie bei ihm in dieser Form nie vorgebracht wird«. quasi vero Phaedrus debuerit aut voluerit omnes suas fabulas eodem modo semper concludere, aut denique solitus sit ad unam aliquam praescriptam formulam componere universam scriptionem suam. praeterea equidem confiteor me adsequi non posse cur dicat Thiele hanc fabulam a fabula vespertilionis (in hoc nostro libro fab. XII) tantum discrepare ut Phaedri esse non possit. mihi quidem e contrario videntur haec de avibus et illa de vespertilione fabula subsimili modo terminari. in utraque enim fabula postremo luunt culpam qui commiserunt, aves culpam incredulae stultitiae, vespertilio levitatis; aves quod perpetuo in periculo mortis, vespertilio quod cotidie versatur in tenebris.

XXIX. ARIETES ET LANIVS. *Metrum restitutum.*

Intereunt qui sibi [*ipsi*] non consentiunt.

Quod taliter subiecta narrat fabula.
Verve*cibus* collect*is sociati* arietes
Inter se intrare lanium dissimulavērunt.

Cum autem ex se unum cernerent manu lanii mortifera teneri.
trahi. et interfici.
nec sic timuerunt. sed inter se incauti dicebant·
Me non tangit · te non tangit · dimittamus trahi quem trahit· ....

Novissime remansit unus. Cum et ipse similiter se trahi videret · sic dixisse lanio dicitur.
Digne sumus laniati singuli ab uno·
qui nobismet non prospeximus.
quia cum simul essemus quando
Te in medio nostri positum aspeximus
capitinis impulsibus quassatum confractumque non occidimus·
Haec fabula probat illum consumi a malo·
qui se in vita non tutaverit.

Adnotatio. E Romuli codice B praeter haec, quae ex aliis libris Romuli sumpta sunt, quibus verba codicis B corrupta corrigerentur. **7.** *incauti* MV : *incaute* S : *incautae* B, om F. — **11.** *lanio* FMSV : *lanioni* B. — **12.** *laniati* FSV : *laniari* BM. — ib. *singuli* V : *singillatim* BMFS. — **13.** *qui nobismet non prospeximus* F : *qui hoc novissime perspeximus* BMV (*prospeximus*). — **18.** *tempore* scripsi (i. e. in tempore vel suo tempore, cf. *Φ* IV 26 (III epil.) 32 apparebunt *tempore*) : *in vita* B. —

Versificationis pristinae certa vestigia in Romuli fabula soluta manent. itaque integri senarii duo supersunt : 11 *Videret se, dixisse lanio dicitur* (*se* scripsi : *sic* B; vel hoc vel illud licet scribere salvo metro), 16 *Quassatum confractumque non occidimus*. item senarii paene integri : 13 ⏑ – ⏑ – *qui nobismet non prospeximus*, 10 *Novissime remansit unus* – ⏑ –, 15 *Te in medio nostro* [*coetu*] *stantem aspeximus* (*stantem* scripsi : *positum* B; hoc an illud scribas ad metrum quidem nihil interest). — iam simul orationem interpolationibus purgaveris, metrum eo ipso restituitur 4 *lanium inter se intrare* [cognoscentes] *dissimulaverunt* [se videre] > *Inter se intrare lanium dissimulavērunt*. denique verbis iisdem in pristinum ordinem redactis 12 *Digne sumus laniati singuli ab uno* > *Digne laniati sumus ab uno singuli*.

Iam vero sermonis haec Phaedro non soluto paria adnotavi. 2. fabula *subiecta* = haec, quae sequitur, f. ~ *Φ* I 19. 2 versus *subiecti*. ib. *taliter* = hoc modo ~ *Φ* I 2. 9 *talem* fabellam = hanc f., IV 5. 9 *tali* modo = hoc modo. — *narrat* ~ *Φ* saepe. — 4 *lanium* ~ *Φ* III 4.

Lanii teneri cum unum ex se*se* cernerent
Trahi*que* interfici*que* mortifera manu,
Nec sic tim*eba*nt. dicebant*que* incauti*us*:
[»*Hic*] me non tangit, te non tangit. quem trahit
[*Huic*] dimittamus». [*sic trahuntur singuli.*]
Novissime remansit unus. cum trahi
Videret se, dixisse lanio dicitur:
»Digne laniati sumus ab uno singuli,
[*Socordes*] qui nobismet non prospeximus;
Quia, quando *congregati cornuto globo*
Te medio nostro [*coetu*] *stantem* aspeximus,
Quassatum confractumque non occidimus».
Hac fabula probat*ur* consumi malo
Qui[*cunque*] non *sit* se tuta*tus tempore.*

1, III 15, 14. — ib. *intrare* ~ *Φ* III pr. 16, V 9. 2, III 10. 21. — *dissimulaverunt* ~ *Φ* IV 21. 2. — 5 *unum ex* sese ~ *Φ* II 5. 11 *ex* alticinctis *unus* atriensibus. — *teneri* = retineri ~ *Φ*; v adn. ad XVII. 9 p. 39 — *cernerent* ~ *Φ* IV 2. 18. — 6 *trahi* ~ *Φ* app. 1. 4, 3. 16. — *interfici* ~ *Φ* IV 4. 6 — 7 *timuerunt* intransitive = territi sunt ~ *Φ* I 1. 6 laniger contra *timeus*, III 2. 18 vos *timere* absistite. — 8 *tangit* ~ *Φ* I 5. 10 multisque praeter hunc locis. — 9 *dimittamus* ~ *Φ* I 4. 6 quem tenebat ore *dimisit* cibum. — 10 *Novissime* (= postremo) in versus initio ~ *Φ* I 24. 9 *Novissime* indignati, III 14. 9 *Novissime* succumbit, IV 11. 20 *Novissime* interdicit. — 11 *dixisse dicitur* ~ *Φ* I 10. 8 *dixisse fertur*. fabula narratur ut ab aliis audita item I 26. 3 Vulpes ad cenam *dicitur* ciconiam prior *invitasse*, app. 9. 3 sq. Venus *interrogasse* sic gallinam *dicitur*. — 12. *Digne* laniati sumus ~ *Φ* III pr. 43 *dignum* faterer me tantis malis. — ib. laniati *singuli* ~ *Φ* I 2. 25 .. corripere coepit *singulas*, I 8. 5 .... coepit *singulos* (Inlicere pretio, I 31. 11 .... vesci *singulas*. — 13 *adspeximus* ~ *Φ* IV 20. 5 hunc simul *adspexit* et locis pluribus. — 16 *quassatum* ~ *Φ* IV 18. 23. — *occidimus* ~ *Φ* II 6. 17 *occidit* tristi nece. — 17 (in epimythio) *hac fabula probatur* ~ *Φ* I 13. 13 (in epimythio) *hac re probatur*. — ib. *consumi malo* ~ *Φ* I 27. 8 *fame est consumptus*, II 4. 23 *inedia sunt consumpti*. — *tutatus est* ~ *Φ* I 31. 1 qui se committit homini *tutandum* improbo.

Ex his omnibus, quae de numeris verbisque disputavimus, efficitur hanc inter fabulas Phaedri soluti esse numerandam.

φ XXX. r IV 20. GLADIVS.

Homo malus multos perdit et ipse solus perit.

Gladium viator dum ambulabat · iacentem invenit in via · quem interrogavit quis te perdidit?

Cui contra telum · me quidem unus · ego vero multos.

Adnotatio. Hanc fabulam, cui desunt a et w, ex codice B sumpsimus. omisimus, ut additicia, et promythii appendicem *ac per hoc audi fabulam istam* et illa quae a postremo sunt addita *haec fabula narrat malum posse perire, sed utile multos nocere posse*. quae est promythii iteratio molesta et otiosa. — **3.** item Postgate. — **4.** *me unus* scripsi: *me quidem unus* B (cf. Haver ed. mai. § 8 p. 151). — ib. *sed multos ego* Postgate. — **2.** *in via quem iovenerat* scripsi: *invenit in via quem* B.

Verba Phaedro similia huius fabulae nonnulla commemoro. 1 *malus multosque perdit et solus perit* omnia sunt etiam in *Φ*. — ib. *solus* ad praedicatum pertinens ~ *Φ* I 5. 11 *sola* improbitas abstulit. — 2. a tali initio narrandi, quo quis quid invenisse dicitur, saepe et libenter Phaedrus exorsus est. ut *Φ* V 6. 1 *Invenit* calvus forte *in trivio* pectinem, III 12 1—2 In sterquilino pullus gallinaceus ... margaritam *repperit*, I. 27. 3 thensaurum canis *invenit*, *φ* III. 1 Humo relictum cochlea speculum *repperit*, *φ* XIII 1—2 Nido lusciniae parvos accipiter .. pullos *invenit*. — 3 *iacentem* (in via gladium) ~ *Φ* app. 12. 1 Asinus *iacentem* vidit in prato lyram, III 1. 1 Anus *iacere* vidit epotam amphoram. — ibidem *interrogavit* habet adiunctam orationem directam; ut *Φ* app. 9. 4 *interrogasse* sic gallinam dicitur: *Dic* sodes quanto possis satiari cibo. — 4 *Cui contra* telum ~ *Φ* V 10. 7*Cui* senex

XXX. GLADIVS. *Metrum restitutum.*

Malus multos*que* perdit et solus perit.
Gladium viator in via quem inven*erat*
lacentem interrogavit: »quis te perdidit?»
Cui contra telum: »me unus, *sed* multos ego».

contra latrans. ubi *contra* responsum significat. quod item fit Φ I 1. 6 laniger *contra* timens, 2. 28 tunc *contra* deus, IV 8. 5 illa *contra* contumax, app. 24. 4 illa *contra* pessima, app. 30. 10 respondit *contra*. quibus omnibus locis ita ut hic responsum redditur oratione directa.

Metro soluto nulli in prosaria fabula integri senarii supersunt, at partes senariorum: 2 *Gladium viator* ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑, 4 *Cui contra telum* ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑; atque etiam hic paene integer senarius 3 ⏑ *interrogavit quis te perdidit?*

V. 4 poeta lusit ambiguitate sententiarum *unus* (*perdidit*) et *multos* (*perdidi*) significanter oppositarum. ambigua est enim hoc loco verbi *perdendi* significatio. quam figuram traductionem nominans Rhetor Herennii IV 14. 20 hoc modo scribit: »traductio est quae facit uti, cum idem verbum crebrius ponatur .. concinniorem orationem reddat ... ex eodem genere est exornationis cum idem verbum ponitur modo in hac modo in altera re, hoc modo: ›Cur eam rem tam studiose curas, quae tibi tam multas dabit curas?‹ ... item Quintilianus IX 3. 69 sq. quas argutias ne Phaedrus quidem spernit. ut enim hoc loco voce *perdidit*, item Φ V 7. 8 sq. ludit voce *tibiae* vel *tibiarum*: (tibicen) *sinistram* fregit *tibiam*, duas cum *dextras* maluisset perdere; voce *furentis* Φ app. 6. 16 Haec elocuta concidit virgo *furens*. *Furens* profecto, nam quae dixit perdidit.

INDEX CAPITVM ET FABVLARVM

PROLEGOMENA ..... p. V—XCII

CAP. I. De **a w r** libris ..... » VII—XIV

CAP. II. De genere φ ..... » XIV—LV

CAP. III. De sermone diasceuastae φ ..... » LV—LXXXIV

CAP. IV. De ratione harum vindiciarum ..... » LXXXV—XCII

PHAEDRI SOLVTI FABVLAE XXX PHAEDRO VINDICANTVR ..... » 1—69.

φ I. Mus et rana ..... » 2— 3.

II. Galli et accipiter ..... » 4— 7.

III. Coclea et speculum ..... » 6— 9.

IV. Mures urbanus et rusticus ..... » 8—11.

V. Asinus blandus ..... » 10—13.

VI. Mus et leo ..... » 14—17.

VII. Membra et venter ..... » 16—19.

VIII. Bos et asellus ..... » 18—21.

IX. Leo et pastor ..... » 20—21.

X. Culex et taurus ..... » 20—23.

XI. Equus superbus ..... » 22—25.

XII. Vespertilio ..... » 24—25.

XIII. Luscinia et accipiter ..... » 24—29.

XIV. Vulpes invida ..... » 28—31.

XV. Pax ovium et luporum ..... » 32—33.

XVI. Securis et arbores ..... » 32—35.

XVII. Simius tyrannus ..... » 34—39.

XVIII. Anser et ciconia ..... » 38—41.

XIX. Equus promissor ..... » 42—43.

XX. Pulex et camelus ..... » 42—45.

XXI. Serpens domesticus ..... » 44—47.

XXII. Lepores et ranae ..... » 46—49.

XXIII. Haedus et lupus ..... » 48—51.

XXIV. Leo medicus ..... p. 50—55.
XXV. Leo tyrannus ..... » 54—59.
XXVI. Vulpes in hominem versa ..... » 58—61.
XXVII. Milvus aeger ..... » 60—63.
XXVIII. Aves et hirundo ..... » 62—65.
XXIX. Arietes et lanius ..... » 64—67.
XXX. Gladius ..... » 68—69.

CORRIGENDA.

p. 6 (ad III s) lăcrimas, *lege* lăcrimas
p. 15 (VII 9) nembra, *lege* membra
p. 22 (ad XI 9) omnia, *lege* om. a
p. 64 v. 8 ab imo testatur *delendum*

546028

Phaedrus
Phaedrus solutus vel Phaedri fabulae novae XXX... restituit Carolus Zander.

LL
P53242

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED